FRAN.Tota spes uicendi. De tribus orationis partibus iā pcipit:exordio: narratione: diuisione : de tertia:& quarta:nunc præcepta se traditurū pollicetur:confirmatione.s.& cōfutatione.attentum autē reddit auditorē a rei magnitudine cū oēm uincēdi: & psuadendi spem in his duabus ptibus repositā dicit esse:nā cū nostra argumenta cōfirmauerimus:ad uersariorūq; dissoluerimus:nihil supesse uidebit nisi ut uictoriā consequamur uel quod uolumus efficiamus:cæteræ partes absq; iis partī: uel nihil oino agere uidentur exordiū ꝑparat. narratio docet .diuisio aliquid certū destinat:in quo auditoris aīum teneat occupatū probatio & refutatio finē iplet oratoris.q est uincere:aut psuadere: uincimus in iudiciali genere:quod oīum maximū ē: & difficillimū psuademus in reliquis duobus:ideoq; ait spes oīs uincendi & psuadendi posita in confirmatiōe. Adiumēta nr̄a: argumenta:quod p confirmationē fit. Contrariaq; dissoluerimus:qd̄ confutatio efficit. Absolute pfecte:nā id absolutū ē cui nihil deest. Munus oratoriū: eius officiū qui dicēdi artē profitet: quem oratorem noīamus. Vtrunq;:sed nō prius inquit de confirmatione:& confutatione:dicendum est:q̄ causarum cōstitutiones ostēdātur qbus oīs oratoris confirmatio & confutatio innititur. Causarū constitutiones:cōstitutiōem qdā statum: quidā quæstiones. alii caput quod ex quæstiōe appareat nominauerunt:græcio στάσιν uocant quod nomē ab Eucrate Isocratis discipulo uel a Zaphyro Clazomenio primū manauit quāq̄ hoc uerbo prius in oratione cōtra Ctesiphontē Aeschines usus dicatur: quæ appellatio inde ducta est q; ibi primus fit causæ congressus uel quod in eo causa consistat: Magna āt inter scriptores artis de constitutionibus dissensio fuit:alii duas:alii trs:alii quatuor fecerunt :fuerunt qui ad octo puenerunt:item alii alias principales esse uoluerunt:Cice.in rhetoricis libris de inuentione quatuor status posuit coniecturæ finis qualitatis:actionis. plurimi tn̄ tres generales fecerunt:quos in oratore secutus idē est:& oia quæ aut in cōtrouersiā:aut ī cōtentionē ueniant:illis contineri putauit:sic ne:quid sit: & quale sit:sed hos alii apertius appellauerunt:coniecturalē:legalē:& iuridicialem:legali:finitionē:translationem:ambiguum:ratiocinationē:scriptum & sententiam:ac contrarias leges subiecerunt. Cic. hermetis præceptoris sui:ut ipse ait auctoritatē secutus tres tantūmodo:quos prædiximus:status fecit: sed eos ēt ipsa natura nobis præscribit:Nā quotiēs subest aliquid de quo ambigimus:an sit:quid sit:aut quale sit:non potest existimari:nisi prius esse cōstiterit:Exēpli causa aliquis in specula constitutus a lōge prospitiens:cernere aliquid sibi in mari uidetur:id nauis est:sed fit ut aliquid idē dubitat postea progrediente ulterius nauis aliqd esse intelligit qd tn̄ sit adhuc ignorat:Magis magisq̄ appropinquante tandem noui: manifeste nauem esse cōprehēdit sed qualis ea sic triremis ne an onetaria parua an magna. nō discernit:eodē mō oīs cōstitutio.sic ē ut aspectus aut enim an sit aliqd querit & est coniecturalis:aut q sit disceptat:& est legalis:aut quale sit:& uocat iuridicialis.cōstitutio. Alii quatuor fecerūt:ut Cice.sicut aā diximus in rhetoricis suis de inuentione quos ipse nō pbauit:cōiecturæ:finitionis:generis:actionis.idē gnālē constitutionē in duas ptes diuisit.iuridicialē & negocialem:iuridicialē esse ait:in qua æq & recti natura aut præmii aut pœne ratio quærit: Negocialē uero in qua qd iuris ex ciuili more & eqtate sit cōsideret:& huic diligentiæ iuris cōsultos pesse:legitimæ uero ptes quæ sunt: quinq; scriptū & snīa contrariæ leges ambiguū:diffinitio ratiocinatio:separatas a cōstitutionibus censuit esse qui uero quatuor constitutiones esse uolunt hac rōne ducuntur. quotiens aliquid ē de quo dubitamus primū

Vincere aut persuadere

Constitutio

An sit
Quid sit
quale sit
Iurisdicialis
Negocialis

quærimus an sit:& est cõstitutio cõiecturalis:ut cũ dicif occidisti luciũ nõ occidi q̃stio est an occiderit. deinde qd sic petif & finitio ē: cũ factũ qdē ab aduersario cõcedif:sed alio noïe dr̃ appellari debere:ut si qs. q rē sacrã de loco priuato sustulerit & tē sacrã se subripuisse ñ eget sacrilegii accusaf:q furti secũ dicat agi dbeĩ nõ sacrilegii:grauius.n. delictũ furto sacrilegiũ est:grauioreq̃ pœna mulctaf. ulterius pcedif:& q̃le sit q̃ritis iustũ an iniustũ utile an inutile:estq̃ generalis cõstitutio:postremo illud ēt accidit:ut q̃ratur:an is agat aliqd quē agere oportet:an cũ eo quo oportet:an apud quos:quo tpe:q̃ lege:quo crïe:qua pœna oportet:& hic actiõis siue trãslatiõis status noïatur:Multi quos Ci. in rhetoricis libris quos diximus secutus est:q̃tuor fecerũt cõstitutiões sed hermes pceptor quē nũc seqtur tres tm̃ esse uoluit:nõ ut aliorũ uoritatis cupidus & inuidia ductus inuentiõe quicq̃ auferret:sed ut frustra pluribus illud fieri oñderet:quod paucioribus absolui posset:qd & phs dicit Aristoteles. simplici igif & singulari mõ docuit:qd illi ante docuerũt biptito:q diffinitionē principalē fecerũt cõstitutionē:quã ipse legitime subiecit:Generalē pterea quã iidē in negocialē & iuridicialē diuiserũt:& trãslationem minime omisit:nã ēt eas sub legitima compræhendit cõstitutione:ergo de priorũ nihil hermes detraxit inuentione:sed breuius & absolutius partius est. Singulari mõ quoniam diffinitiuam generalem ac translatiuam uel actionis uni subiecit legitimæ; iuridicialem uero quam illi partem generalis esse uoluerũt: principalem fecit. Bipartito:ad id respicit quod ait singulari.

De confirmatione & confutatione. Tit. xxvi.

CANTO. Tota spes uincendi:ratioq̃ psuadendi &c̃. fabius. ēt. li. v. ait:hoc tñ propriũ atq̃ pcipuũ crederēt opus sua cõfirmare:& q̃ ab aduersario pponerent refutare. Vincendi:id ad genus iudiciale attinet. Persuadendi:Id uero ad genus deliberatiuũ ptinet & demõstratiuũ. In cõfirmatione:Cõfirmatio est:p quã argumẽ-
Confirmatio tando nostræ causæ fidē & auctoritatē & firmamentũ adiũgit oro. ita scribit Ci. li. i. rhe. de Inuentiõe. Confutatione hãc cice. dicto lib. appellat. Rephensionē:ait.n. Reprehensio est per quã argumētando aduersario-
Reprehensio rũ cõfirmatio diluif:aut infirmatur:aut alleuiaf. Fabius uero lib. v. Refutationē uocat:ait.n. refutatio dupliciter accipi põt:Nã pars defensoris tota est posita in refutatione: Et quæ dicta sunt ex diuerso debēr utrinq̃ dissolui. Adiumēta nostra exp. quod munus est confirmationis. Dissoluerimus id munus ē confutationis. Absolute pfecte nihil.n. necessariũ ptermittef. Munus oratoriũ confecerimus. Superius de Verisimili narratione dixit:Nunc quod reliquum est:quoniam de rerum inuentione disputandum est in qua singulare cõsumitur oratoris officium &c̃. Noster doctor Hermetes:Et hermetes & hermes in antiquis inuenio: Præte-
Hermetes rea negantes rhetoricen hanc ad herēnium Ciceronis esse inter alia quoq̃ puerilia asserunt hoc dicētes: Nusq̃ legi hermentē Ciceroñis doctorē:Non aduertentes in scribenda dicendi arte Ciceronē plures secutũ. Quod quidē in prologo. li. ii. in rhe. de inuentione sic edocet. sed omnibus unũ locũ coactis scriptoribus qd q̃sq̃ cõmodissime præcipere uidebatur excerpsimus & ex uariis ingeniis excellentissima queq̃ libauimus &c̃.

FRAN. Constitutio est priuatis. Diffinit prius quid sit constitutio: Deinde quot sint exponit. quidã ut Cice. in rhetoricis suis de inuentione:primam conflictionē causarũ statum dixerunt eē:quos Quintilianus recte putat sensisse: sed parũ elocutos esse: qm̃ nõ prima cõflictio status est: sed quod ex prima conflictione nascitur:ut non duorum inter se corporum cõflictio dici recte sonus põt:sed qd ex cõflictione remittif:exempli cã: occidisti hominē: nõ occidi: status erit an occiderit: nã ex depulsione sola nullus status efficif. itē fecisti sacrilegiũ:non feci sacrilegiũ sed furtũ:status erit quod ex hoc nascitur:qd fecerit ex his autē apparet: illud coniectura. Hoc finitione quærendũ: & in eo iuraq̃ pars resistit: an fecerit uel qd fecerit:sũt aliquæ cãæ q̃ duos aut plures hñt status:ut ĩ oratiõe pro rabirio postumo: sed unus potētissimus est in quo res uertif maxime:qdam statũ eē uoluerũt id qd appareat ex intentione &. ii. oẽs effugerunt questiones: quidam ut Cicero hoc loco primam crediderunt eius esse in quē ageretur depulsionem sed non semper qui respondet statum facit sed sæpe is q propositionē suam confirmat uarius igitur est:pro conditiõe causarum & modo is qui agitis:modo is cum quo agitis:ipsum elicit: Nã si accusator sic intēdat hominem occidisti:si negat reus: statũ faciet qui negat:quod si iure a se q̃ adultus eēt: dicat occisum. quoniam lex permittit adulterum domi tuæ in adulterio deprehensum occidere: nisi aliquid accusator respõdet nulla lis est. sed si non fuit inquit adultis:quia depulsio incipit actoris esse: ille statum faciet: & ita erit status ex
Depræcari prima depulsione:sed ea fier ab accusatore non a reo. Depræcatio:Depulsio depræcari enim proprie est depellere quod obiicitur. significet & simpliciter recusare Virgi. Mereor mortem: nec depcor inquit: Ouidius sæpe præcor mortē: Mortē quoq̃ depcor idem:ne mea sarmaticum contegat ossa solũ: græcæ depræcatio

De constitutione.

Constitutio est prima depræcatio defensoris cum accusatoris in simulatione coniuncta. Constitutiões itaq̃: ut ante diximus tres sunt cõiecturalis: legitima: iuridicialis. Cõiecturalis est cũ de facto cõtrouersia ē hoc mõ: Aiax ĩ silua post q̃ resciuit: q̃ fecisset p insaniã gladio incubuit Vlyxes interuenit: occisũ conspicaf corpe telũ cruētũ educit. teucer interuenit ubi occisum fratrem & inimicum fratris cum gladio cruētato uidet: captis accersit. Hic quoniam coniectura uerum quæritur: de facto erit controuersia: & ex eo cõstitutio causæ cõiecturalis nominatur

ἀποφασις uocatur intentio autem κατάφασις noiatur. Cum accusatoris insimulatione:qa nisi accusator
intenderet nemo depelleretur isimulatio accusatio est:insimulare at accusare:accusator, ut diximus sic intēdit Insimulatio
occidisti hominē:defensor sic depellit.nō occidi:coniecturalis quæstio est:an occiderit:itē occidisti:occidi:sed
iure hoc iuridicialis absoluta:q̄ si ponā aliqd extrinsecus sumas:ut occidi:sed iure:ille.n.occidere me uolebat:
efficit iuridicialis assumptiua:Nā rōnē assumit extrinsecus quare id fecerit:eodem modo fecisti feci: sed me/
lius fuit:q̄ non facere:& est comparatiua constitutio:ut de illo qui cum sic ab hostibus obsideretur: ut effuge-
re nullo modo posset: ita conuenit cum illis ut arma omnia relinqueret: & egredi permitteretur: Accusatus
enim deinde quod arma reliquisset:reliqui inquit sed melius fuit:quam famæ perire: & exercitum amittere.
Coniecturalis constitutio:quot esset cōstitutiones ostendit nunc cuiusmodi sint tum diffinitione tum exem
plo & coniecturalem primum quæ a coniectu hoc est directione quadam rationis ad ueritatem dicta est:unde
& somniorum atq; omnium interpretes coniectores uocamus Græce στοχαστικη uocat στοχαστης enim con/ Cōiectores
iector est. Cōtrouersia lis & certamē qa alter instat factū eē:alter negat:& cōtrouersia nascit hic intentione il/
line depulsiōe.De facto facere.est genere uerbū tā ad facta q̄ad dicta:iōq; de facto ait:& nō addidit dicto:Nā facere
ex dicto controuersia nascit:ut si qs aliū accuset: q aliquid cōtra libertatē dixerit:& ister dixisti cōtra liberta-
tē: ñ dixi cōtrouersia ē an dixerit. Aiax exēplū ē ex sophodis tragœdia sūptū q̄ aiax μαστιγοφορος iscribit.cū
Achillē paris in appollinis templo ipso fauente appolline sagittis occidisset: certamē inter principes græcoꝝ
de eius armis cuiusnam deberēt esse:exortum est.ea autem Vulcanus thetidi egregie fabricauerat:cumq; re/
sponsum ab oraculo esset propinquiori ac fortiori adiudicari debere:duo insurrexerunt Aiax Tælamonius:&
Vlysses:Qui ea sibi arma dari contēderent:magnis apud agamēnonem studiis acta res ē:superior in cā ulysses
fuit.quod adeo indigne tulit Aiax: ut in insaniam uerteretur:& furens dum in Vlyssis irrumpere credit tento
rium stabula igressus est:ubi græcorum præda seruabatur ingentem illic suē cæso omni ferme armēto ac grę
ge captum depaulmento suspendit:& uirgis cæsum prius trucidauit:Vlyssem esse arbitratus:postea uero cum
ad sese redisse demum cognouisset:pudore simul & desperatiōe quadam compulsus:in desertū locum se cō/
tulit:& gladio superincubuit:sed illuc casu Vlysses perlatus alacē intuetur:accurrit:ut gladium e uulnere edu
cit:Ecce & Teucer qui fratrem occisum uidens & iuxta fratris inimicum cruentatum in manu gladium tenen
tem:Vlissem statim cædis fraterne reum facit:dicens occidisti fratrē meum aut Vlysses nō occidi:quæstio est
an occiderit agendum est disputatione quæ sumitur ex coniecturis. Quæ per insaniam fecisset: quoniam
Vlyssem & illius famulos occidisse crediderat. Cōspicatur a con & spicio conspicor descendit:quod uerbum Conspicor
genus mutat & declinatiouē:significationem uero retinet.quædam sunt uerba quæ in compositione mutāt
genus & declinationem simul & significationem:ut facio inficior Capitis arcessit:accusat:& citat accesso uo Accesso
co est:arcesso:accuso:auctores diomedes & Caper:uerba autem quæ ad accusationem pertinent:uel defensio Arcesso
nem: damnationem:uel absolutionem.cum genitiuo cōstruūtur:ut damnatur adulterii absoluitur cædis:po/
stulatur repetundarum:accusatur peculatus. Hic in hac causa.

¶ De constitutione. Tit. xxyii.

¶ CANTO. Constitutio est:constituere est proponere & dicere quid in controuersia sit: ut scribit Victori/
nus libro primo rhe. Vtq; fabius lib. iii. inquit:Quod nos statum:id quidam constitutionem uocant:alii Quæ
stionem: Alii quod ex quæstione appareat statum græci stasin uocant: Quæ appellatio dicitur ducta uel ex
eo q ibi sit primus causæ congressus:uel q in hoc causa consistat. Statum quidam dixerunt primam causarū
conflictionem:quos recte sensisse parum elocutos puto:inquit fabius:Non enim est status prima conflictio fe
cisti non feci: sed quod ex prima conflictione nascitur:idest genus quæstionis fecisti: non feci: an fecerit: hoc
fecisti:non hoc feci:quid fecerit. Cicero autem libro. i. rhet. de inuentione sic: Eam quæstionem ex qua causa
nascitur constitutionem appellamus. Constitutio est prima conflictio causaꝝ ex depulsione intentionis pro
fecta hoc modo fecisti:non feci:aut iure feci. Cum facti controuersia est quoniam coniecturis causa confirma
tur. Constitutio coniecturalis appellatur &c̄. Depræcatio:Cice. lib. i. rhe. de inuentione ait:Depræcatio est
quum & peccasse reus consulto peccasse confitetur. Et tamē ut ignoscatur postulat. quod genus per raro po
test accidere:Vbi Victorinus ait q hæc depræcatio non nisi apud iperatorē aut apud populum ualet: apud iu
dices uacat. Idem Cicero libro. ii. eiusdem operis ait. Depræcatio est in qua non defensio facti sed ignoscen
di postulatio continetur. hoc genus uix in iudicio probari pōt: ideoq; concesso peccato difficile est ab eo qui
peccatorum uindex esse debet ut ignoscat impetrare &c̄. Fabius etiam libro. yii. sic. Vltima est depræcatio:
quod genus causæ pleriq; negarunt ī iudiciū unq̄ uenire. Quin. Cice. quoq; pro ligario idem testari uidetur:
quum dicit:Causas agi cæsar multas equidem tecum:dum in foro tenuit ratio honorum tuorū. Certe nūq̄
hoc modo:Ignoscite iudices errauit lapsus est non putauit: si unq̄ pōt hac &c̄. In Senatu uero & apud populū
& apud principem & ubicunq; iuris clementia est. Insimulatione. accusatione.

Legitima constitutio est cum ex scripto: aut
ex scriptis aliquid controuersię nascitur. Ea di
uiditur in partes sex: scriptum & sententiam:
contrarias leges ambiguum: diffinitionem:
translationem: ratiocinationem. Ex scripto &

¶ FRAN. Legitima constitutio νομικη græce
dicitur. huius partes sex sunt:singulas adiectis expli-
cat exemplis: Prima autē pars ē cum ex scripto & sen
tentia controuersia nascitur: quoniā uoluntas eius
qui scripsit ab eo quod scriptum est dissentire uide/
tur græce κατὰ ῥητὸν dicitur καὶ διάνοιαν. Si sit lex Ex scripto & sententia
ōndit quo modo sententia scriptoris a lege dissenti
re pōt: lex ē: Si tempestate coactus quispiam nauem

ſententia naſcitur controuerſia : cum uidetur ſcriptoris uoluntas cum ſcripto ipo diſſentire hoc modo. Si lex ſit quæ iubeat eos: qui propter tempeſtatem nauim reliquerunt: omnia perdere eorum nauim cæteraq; eſſe ſi nauis conſeruata ſit: qui remanſerint in naui magnitudine tempeſtatis omnes pterriti nauim reliquerunt: & in ſcapham conſcenderunt pręter unum ægrotum. Is propter morbum exire & fugere nõ potuit: Caſu & fortuitu nauis i portum incolumis delata eſt. Illam ægrotus poſſidet. Nauim petit ille: cuius fuerat. Hęc conſtitutio legitima eſt ex ſcripto & ſnīa. Ex contrariis legibus cõtrouerſia conſtat: cũ alia lex iubet aut pmittit. Alia uetat quippiam fieri: hoc mõ: lex uetat eum qui de pecuniis repetũdis dãnatus ſit: in cõcione orationem habere.

relliquerit. In ſcripto: in eo quod ſcriptum eſt: Si ambiguum fuerit & dupliciter intelligi poteſt ut dato q uolet: quod exemplum iſerius eſt. Aut ex ſcripto ex eo quod ſcriptum eſt: cum uoluntas ſcribentis diuerſa a ſcripto fuiſſe uidet: ut paulo poſt de naoi eius uel eorũ nauis fit: cum rebus oſbus quæ in naoi remãſerunt hoc modo qui nauem timore tempeſtatis reliquerit: nauẽ & quæ in ea bona habet: amittito: eius qui in naui remanſerit nauis: & quæ bona in ea ſunt

Lex eſto: Magnitudine tempeſtatis cæteri preteriti ſunt in ſcapham coniecerunt & in tutum locum receperunt: unus remanſit ægrotus qui fuiſſet ſi ei per ægritudinẽ licuiſſet: nauis forte fortuna incolumis in portum delata eſt: ægrotus q remanſit in oaui: lege agit & nauem: ac bona quæ in ea ſunt poſſidere uult: ſed is cuius nauis erat: non patitur ſuã eſſe dicens: Cũq legis uerba negare non poſſit: ſententiam ac uoluntatem ſcriptoris aliam fuiſſe aſſerit: Nec ſimpliciter intellexiſſe eos qui in naui remanerent qcunq eſſent ſed eos dumtaxat qui defendẽdi gratia remanerẽt: To autem nõ defendiſti nec defendere potuiſti: qm ægrotus: tibi igitur nauis adiudicari non debet: hoc loco tantum oſtendit Cicero quomodo ex ſcripto & ſententia controuerſia oriatur: libro ſecundo quibus utraq pars argumentis uti poſſit docebit. In ſcapham: parua eſt nauicula ſchapha quam trahunt nautæ maiori alligata naui: uel in nauim ſublatam fuerũt: illincq in aquam deiiciunt ea autem ad uſus plurimos utũ

Scapha tur: & neceſſarios. Caſu & fortuito: caſu & fortuna differũt tamen. quicquid .n. nobis præter opinionem no

Caſus ſtram accidit caſus dicitur: a cadendo: cadere .n. accidere eſt: & eſt cuius ratio & cauſa in rebus ſecreta eſt: Au

fortuna ctor eſt Aurelius Auguſtinus. Boetius libro quinto de conſolatione inopinatum dicit eſſe euentum ex confluentibus in his quæ ob aliquid geruntur ab effectu cauſam notiſicantem: fortuna uero erit: quæ ne ab effectu quidem cauſam notiſicat: & cuius ratio penitus ignoratis. Ex contrariis legibus: ſecunda pars eſt legitimæ conſtitutionis quæ ἀντίνομια græce uocatur & eſt quotiens controuerſia naſcitur: qm̃ contrariæ inter ſe leges ſunt: uel una lex quæ duo diuerſa comprehendit: ut lex eſt quæ iubet ſi quis uirginem uitiauerit: illius uirgo uel matrimoniũ uel mortem eligere poſſit. Et quidam forte eadem nocte duas uitiat uirgines: quarum altera mortẽ petit: altera matrimonium: hic una eademq lege uirgo utraq agit: quoniam duo contraria capita comprehendit: item due ſunt contrariæ leges: altera ut qui tyrãnum occiderit: petere præmiũ poſſit: altera: ut tyrãno occiſo qnq ex proximioribus eius occidantur: uxor interficit Tyrãnum: petit pmioni oitam filii: quem uult lex occidi: naſcitur ex legum contrarietate controuerſia. Athenis ambæ hæ leges fuerunt.

ANTO. Legitima conſtitutio: eſt quæ in legibus & ſcriptis uerſatur. Ex ſcripto: ex lege aliqua: uel teſtamento: uel pacto: uel ſtipulatione. Ex ſcriptis: ex legibus teſtamentiſue aut pactis aut ſtipulationibus &c̃. Ex ſcripto & ſententia naſcitur controuerſia: Fabius libro .vii. ait. Scripti & uoluntatis frequẽtiſſime inter conſultos quæſtio eſt: & ps magna controuerſiæ iuris hic pendet. Eius genus unum eſt in quo & de ſcripto & de uoluntate quæritur. Id tum accidit: quum eſt in lege aliqua obſcuritas aut uterq ſuam interpretationem confirmat: aut aduerſarii ſubuertit: ut hic fur quadruplum ſoluat. Duo ſurripuerunt pariter .x. milia: petunt ab utroq quadragena: illi poſtulant ut uicena conferant. Nã & actor dicit hoc eſſe quadruplũ quod petat. Et rei hoc quod offerant. Voluntas quoq utrinq defenditur: aut quum de altero itellectu certum eſt de altero dubium. Ex meretrice natuſue concionetur. Quæ filium habebat proſtare cœpit. prohibetur adoleſcens concione. Nam de eius filio quæ ante partum meretrix fuit certũ eſt. Quum uidetur ſcriptoris uoluntas cũ ſcripto ipſo diſſentire. Eſt & aliud: exemplũ: quod ponit fabius li. vii. fit .n. cum ipſis uerbis legis reperimus aliqd per quod probemus aliud legumlatorem uoluiſſe ut in hac controuerſia. Qui nocte cum ferro deprehenſus fuerit alligetur. Cum anulo ferreo inuentum magiſtratus alligauit. hic quia eſt uerbum in lege deprehẽſum ſatis etiam ſignificatum uidet nõ cõtineri lege niſi noxium ferrum. Sed & q uolũtate nitetur ſcriptum quo

Ex cõtrariis legibus tiens poterit infirmare debebit. Qui ſcriptũ tuebit adiuuare ſe et uolũtate tẽtabit. Ex contrariis legibus: oibus autẽ manifeſtũ eſt inquit fabius. li. vii. Nunq̃ eſſe legem legi contrariã iure ipſo: qa ſi diuerſum uidiſſet alterũ altero abrogaretur. ſed eas caſu collidi & euẽtu. Id autẽ pluribus uerbis illic & exẽplis aperit. De pecu

De pecuniis repetundis niis repetundis damnatus hæc accuſatio proprie cadit in eos qui cum forent magiſtratus prouincialibus aut ui aut dolo eripuerũt pecunias: aut uaſa pcioſa: ueſtẽ frumentum: nauigia: nummos: mutatur .iurẽ e in u. In

Concio concione. Aulus Gellius libro .xvii. ſcribit concionem tria ſignificare: locum ſuggeſtumq unde uerba fiunt. Item ſignificare cætum populi aſſiſtentis. Item orationem ipſam quæ ad populum diceretur.

Virtus legis FRAN. Cum alia lex iubet: Modeſtus iureconſultus legis uirtutem hanc eſſe ait: Impare uetare:

Altera lex iubet augurem in demortui locũ

petmittere

qui petat in concione nominare. Augur qdã damnatus de pecuniis repetũdis indemortui locum qui petat nominauit: petit̃ ab eo mulcta. Constitutio hæc est legitima ex contrariis legibus. Ex ambiguo controuersia nascitur cũ res in unam sententiam scripta duas aut plures sententias significat hoc modo. paterfamilias cum filium hæredem testamento faceret: uasa argẽtea uxori legauit. tullius hęres meus terẽtię uxori meæ triginta pondo uasorũ argẽteorũ dato q̃ uolet: post mortẽ ei9 uasa p̃ciosa: & cęlata magnifice illa petit: tullius se q̃ ipse uolet i. xxx. põdo ei dẽbere dicit. Cõstitutio legitĩa ex ambiguo. Ex diffinitiõe cõstat cã cũ i cõtrouersia ẽ quo noie factũ appellat̃: ea est hmõi.

permittere: punire; inter iubere & permittere multum interest: quoniam qđ iubet lex necessario faciẽdum est quod permiserit ĩ tua potestate est: ut facias uel non facias; ideoq̨ diligenter intuẽdum est. Quoniam si lex pmitteret aliquid fieri uel nõ fieri: & alia lex cogat uel uetat: in huius comparatione quæ permittit parum ualet: illud præterea considerandũ est q̨ legum aliæ aliis derogat aut abrogant. Derogare est aliquid tollere. Abrogare uero penitus remouetur supius quoq̨ dictum est. Iubet & uetat. Similis sunt leges quæ iubent & uetant quantum ad uim attinet: quãtam enim ille iubendo uim habent: tantam hæ uetando. Lex uetat exemplum ponit contrariarum legum lex est augur indemortui locũ qui petat. nominato uidelicet nominet augur cum qui substitui indemortui loco querit. Alia lex uetat tñ qui damnatus sit de pecuniis repetundis in cõcione orationẽ habere. Accidit ut augur aliquando damnatus de pecuniis repetundis indemortui locum q peteret nominauerit. Accusatur non licet tibi in cõtione indemortui locum qui petat noiare nã lex est quæ prohibet qui de pecuniis repetundis dãnatus sit: hoc facere tu de pecuniis repetundis damnatus fuisti ergo tibi non licet. Tum ille immo uero licet. Nam lex est quæ iubet augurem indemortui locum nominare: Ego augur sum: ideo indemortui locum qui perit in contione nominaui: accusator & defensor suam uterq̨ legem habet. Qua causam suam defendat. De pecuniis repetundis: repetundarum & de pecuniis repetũdis dicitur: nec habet alios casus: & repetundarum cum dicitur sub intelligitur pecuniarum. Quo nomine pecuniæ: & omnia quibus diuitiæ constant continentur. Hæc accusatio proprie cadit in eos qui cum magistratus esset: prouincialibus aut ui aut dolo eripuerunt: pecunias: aut uasa p̃ciosa uestem frumentum nauigia: numos. Indemortui suppletur substitui: indemortuus dicebatur: qui ante tempus magistratus peracti moriebatur: ut consul qui magistratus annuus erat: si ante anni finem mortuus esset, indemortuus itaq̨ est in ipso magistratu mortuus: cui qui substituebatur: suffectus nominabatur Contio congregatam. Multitudinem populi significet & orationem: quæ habetur. Ex ambiguo tertia pars est legitimæ constitutionis ἀμφίβολια græce dr̃. Et est quando controuersia nascitur in scripto cum in duas plures ue sententias trahi põt multis modis aliquid ambiguũ dicit̃ exemplum ponit cicero in psona propria factũ habuit enim ex terentia uxore filiũ. Testamentũ igit̃ cõdens Tullius inquit hæres meus terẽtiæ uxori meæ. xxx. pondo uasorum argenteorum dato quæ uolet. Dato pro det. Volet: ad terentiam referri potest: & ad hæredem: quæ uolet heres meus uel terentia: & huic nascitur ambiguitas. Celata magnifice: ut nõ solum pondus ea faceret præciosa: sed etiam artificium. Triginta põdo hoc est libellas sex tertius inquit Varro est dupondius & semis. i. duorum pondo & semis: & addit pondo autem libelli est & libellum dicit pondo esse & non libram quoniam ueteres: quemadmodum nũc nos libram habuerũt & libellam. nam libra p̃ciosiores res uenduntur: libella uero uiliores. Ex diffinitione ὅρος græce dicitur diffinit lo cũ nõ de facto ambigitur: sed de facti nomine controuersia nascitur: diffinitionis constitutio appellatur: ut si accusatur quispiam sacrilegii: qui rem sacrã substulit de loco nõ sacro: & fateatur se rẽ surripuisse: sed furtũ nõ sacrilegiũ fecisse qm̃ is sacrilegiũ faciat q rẽ sacrã de loco sacro auferat. Exemplum ipse adiicit cicero: qđ hmõi est.

De pecuniis repetundis

Ex ambiguo

Dupondius

Ex diffinitione

Indemortuus

CANTO. Altera lex iubet. Ordo est. Altera lex iubet augurem in concione nominare supple eum q petat locum indemortui. Indemortui: indemortuus dicebatur: qui in magistratu nondum finito moriebatur. Mulcta: Vlpianus de uerborum significatione scribit. Pœnam generalem nomen esse oĩum delictorũ cohertiõem: Mulctam uero specialis pctĩ: cuius animaduersio hodie pecuniaria est; Pœna autem non tantum pecuniaria: uerum capitis &c̃. Plautus tñ in amph. ait, Nunqd causam dicis: quin te hoc mulctem matrimonio; Et Cic. li. primo tusc. ait. Quæ est igitur eius oratio. qua facit eum plato usum apud iudices iã morte mulctatum. Ex ambiguo controuersia nascitur. Vt fabius li. vii. scribit Amphibologiæ species sunt innumerabiles: aut. n. uocibus accidit singulis: aut coniunctis. Singula afferunt errorem quum pluribus rebus aut hominibus eadem appellatio est hõnyma dicũtur: ut gallus: utrum enim gentem an nomen auis significet incertum est. Et aiax an thelamonius an oilei filius uerba quoq̨ quædam diuersos ĩtellectus habẽt: ut Cerno. Quæ ambiguitas plurimis modis accidit. Vnde fere lites præcipuæ ex testamentis quum de libertate aut etiam hereditate contendunt ii: quibus idẽ nomen est: aut quid sit legatum quæritur in coniunctis plus ambiguitatis: ut Aio te æacida romanos uincere posse. Per collocutionem ubi dubium est quid quo referri oporteat ac frequentissime quum quidem quod medium est utrinq̨ possit trahi. ut de Troilo Vergilius. Lora tenes tantum: Hic utrum q̨ teneat tantum lora: an quamuis teneat tantum trahatur quæri potest. Vnde controuersia illa: testamento quidam iussit poni statuam auream hastam tenentem. Quæritur an statua hastam tenens aurea

Indemortuus

Mulcta

Pœna

Plautus

Cicero

Amphibologiæ Species

esse debeat: An hasta esset aurea in statua: Sæpe utri duorum antecedentium sermo subiectus sit in dubium est unde est controuersia: hæres meus uxori meæ dari damnatus esto argenti quod elegerit pondo centum. Vter eligat quæritur. Quæ uoler hic consistit amphibologia: utrum enim ad Tullium uel ad Terentiam referendum sit dubium est. Ex diffinitione. Victorinus li. primo rhet. sic ait. Definitio talis est. Homo est animal rationale bipes risus capax. Descriptio uero talis. Homo est: qui tectum uerticem rotundo capitis attollit: culus sunt sub collo humeri brachiaq; demissa: & cætera in hunc modum. Diomedes autem sic diffinio est oratio: quæ id de quo quæritur aperte describit & determinat. Cicero sic eam diffinit. Diffinitio est oratio: quæ quid sit de quo quæritur ostendit q̃ breuissime.

Cum lucius Saturninus legem frumentariã de semissibus & trientibus laturus esset. Quintus Cæpio: qui per id temporis quæstor urbanus erat: docuit senatum ærarium pati non posse largitionem tantam. Senatus decreuit: si eam legem ad populũ ferat aduersus rem p. uideri eum facere. Saturninus ferre cœpit: collegę intercedere: ille nihilominus cistellam detulit. Cæpio ut illum contra senatusconsultum intercedentibus collegis aduersus rempubli. uidit ferre: cum uiris bonis impetum fecit pontes disturbat: cistas deiecit: impedimento est quo secius feratur lex. Accersitur Cæpio maiestatis. Constitutio est legitima ex diffinitione: uocabulum enim diffinitur ipm. cum quæritur quid sit minuere maiestatem. Ex translatione controuersia nascitur: cum aut tempus differendum: aut accusatorem mutandum: aut iudices mutandos reus dicit.

FRAN. .L. Apuleius Saturninus tribu. ple. legem. tulit ut frumẽtum populo diuideretur: semissibus: & trientibus. Cæpio qui quæstor Vrbanus erat existimans tãtam largitionem pati rempubli. nõ posse: aduersus Saturninum concionem habuit: sed id saturninus contemnens ferre legem perstitit quam pronunciaturus cum pulpitum ascendisset cæpio põtes disturbauit: Cistellas disiecit: in quibus tabellæ continebantur. cæpiõem saturninus maiestatis accersit. Quod magistratuũ læserit populi romani sic igitur instat. læsisti maiestatem: q; tribuno ple. legem ferre uolente impedimento fuisti: ille nõ læsisse maiestatem dicit: sed potius lædere uolẽtem prohibuisse: quoniam Saturninus contra senatus bonorumq; omnium uoluntatem ferre legem uolebat factum conuenit sed quid sit maiestatem lædere diffiniendum est: & propterea diffinitiua dicitur constitutio.

Semis triens Frumentaria de diuidendo frumento. De semissibus & trientibus. uolebat enim ut frumẽtum semissibus & trientibus populo diuideretur & distribueret. Nomina quæ ad pondus pertinent numerum & mẽsuram: pro se inuicem poni solent: pondus pro numero numerus pro pondere: & pro his mensura omnia tamen ad partem integram referri cõuenit uel ponderis: uel mensuræ uel numeri. Quod ut apertius intelligat as est libra unciarũ duodecim: cũ semissem dico: dimidiam partem assis intelligo: si de pondere sermo est. Dimidiũ libellæ accipio. si de agris loquimur: semissem dimidium iugeris esse interpretor: si de mẽsura: ut frumenti: uini: olei: Semissem modium dimidium intelligo. Trientem uero quartam partem: cum igitur semissibus ait de frumento loquens dimidium modium significet: cum trientibus inquit tertiam partẽ exprimit: saturninus. n. legem frumentariã de semissibus & trientibus ferebat: ut iis quidẽ semis daret frumen-**Sextans** ti. i. dimidius modius: illis uero qui minus pauperes essent trines hoc est quarta modii pars donaretur. cæterum maiores nostri omnem summam per partes assis diuidebantur hereditatem: agros ordines Assem pro libella accipiebant: & in duodecim partes distinguebãt: quarum: singulæ unciæ dicebantur ab imo: sextans: duas uncias: quadrans tres: trines quatuor: quincunx quinq;: semis: sex uncias continebant: unde & sic dicitur **Bes** quod sit dimidium assis & a græco descendit a quibus τοῦμισι uocatur mutata in s aspiratione quod fieri in **Dodrãs** multis consueuit septunx septem a septem & uncia bes octo. olim autem des dicebatur: quasi dempto triente: dodrans nouem quasi dempto quadrante: dextans. x. quasi dempto sextante deunx: undeci: quasi una de asse dempta uncia: inde uncia quasi una nam ab uno dicitur. Quæstor Vrbanus questorum alii urbani erãt: qui & erarii uocabantur: ii autem publicæ pecuniæ curam gerebant: alii ad exigenda uectigalia in prouincias mittebantur. Alii maleficia conquirebant a quorum quæstionibus exercendis quæstores uocari sunt: auctor uarro sed qui pecuniæ præerant quæstores nominabantur: q; inquirendæ pecuniæ: & conseruãdæ causa crearentur: & quia de capite ciuis romani in iussu populi non erat lege permissum consulibus ius dicere: quæstores constituebantur a populo qui capitalibus rebus præessent: & ii parricidii appellabantur quorum & lex. ii. **Aerariũ** tabularum meminerat quæstor ergo urbanus qui idem & curatius uocabatur: & publicæ præerat pecuniæ. Aerarium. locus in quo publicæ reponebantur pecuniæ: ærarium uocabatur ab ære: cuius nomine omnis pecuniæ continebantur: argentum etiam & aurum siue graue esset siue signatum ærarium suum ĩ æde saturni romani esse uoluerunt: quoniam tempore quo saturnus italiam incoluit fertur in eius finibus furtum nullum esse cõmissum. Aut quia sub illo nihil erat cuiusq̃ priuatum: ut apud eum locaretur populi pecunia communis sub quo fuissent cunctis uniuersa communia. Senatus decreuit. Cum de hac lege frumentaria quam saturninus ferre uolebat. cæpio in senatu retulisset in hanc sententiam senatusconsultum factum est: contra rempub. esse si eam saturninus ferat. Collegæ alii tribuni nam ii sunt collegæ qui ad eundem eligunt magistratum.

magistratū. Intercedere impediebant: est āt pprie ul aut uerbo in mediū se opponere & īpedimento eē. Ille Saturninus qui senatusconsultum contēnebat. Pōtes disturbat: uel scalas intelligis gradusq per quos in suggestum ascendebatur ut per transuersum posita tigna cum tabulis instar pontis eminens autem extruebatur pulpitum. unde lex recitaretur & ab omnibus qui circunfusi erant exaudiretur: caeterum pons est p quē super prohibitum ambulamus elementum uel aeri: ut uel aqua cistellam: capsulam nam cista capsa est cuius diminutiuum est cistella: graecum autem uocabulum est. Accersit maiestatis. lex iulia maiestatis in eos qui contra rempubli. aut imperatorem aliquid moliti essent suum extendebat uigorem: cuius poena animae amissionem sustinent: & memoria rei etiam post mortē damnatur. Ex translatione. quinta pars est legitimae constitutionis: quae aliis quoq nominibus appellatur: Nam cōmutatio transumptio & transpositio dicitur. Hermagoras primus principalem fecit constitutionem μεταληψιν graeci uocant translatiua nominatur quoniam ait Cicero in rhetoricis de inuentione actio translationis & cōmutationis indigere uidetur: est autē actio ius persequendi in iudicio quod tibi debetur: Utimur hac constitutione quotiens ex eo pendet causa: ut ab alio nos accusari debere dicamus aut non nos: sed alios accusari aut non apud hos sed apud illos: non hac lege: sed illa: non hoc crimine sed illo: non hac poena sed illa. Aut tempus: ut si cum aliquo conueneris te illi daturum inter quinquennium centum: & ille ante tempus postulet: non negas te centum debere sed ante tempus peti dicis ideoq differendum expectandumq ut quinquēnium praetereat. Aut accusatorem: ut si ignominiosus sit aut infamis accusator qui actionem habere non possit fatebimur obiectum crimen. sed mutandum esse accusatorem dicemus. Mutandum iudices ut si dictum olim fuisset non debes apud praetorem petere fidei cōmissum: sed apud consules maior enim praetoria cognitione summa est item si sacerdos tēpore nostro apud praetorem accusatus ad Episcopum quem iudicem suum esse dicat rem deferri postulet.

Cista

Ex trāslatione

ℭ ANTO. Lucius saturninus. Lu. Apuleius saturninus tribu. plaeb. seditiosus fuit de quo plura Pli. de uiris illustribus ubi etiam ait: q aurum dolo aut scelere caepionis partum ad emptionem agrorū conuenerit: aquas & igni interdixit ei qui in leges suas non iurasset. Meminit & Liuius li. lxix. Legem frumētariam: ad frumentum pertinentem. De semissibus & trientibus idest de sexta parte & quarta. Semis enim sexta pars assis est. Triens uero quarta: erant autem & pondera & mensurae. Quaestor urbanus aiunt quaestores appellatos q publicae quaerendae pecuniae praepositi essent. Erat autem quaestorum aliquis: qui aerarii: & urbanae pecuniae curam gerebat. Aliquis uero prouincias exigendis uectigalibus sortiebatur. Aliquis maleficia conquerebat. Varro autem sic ait. Quaestores a quaerendo: q conquirerent publicas pecunias & maleficia. Aerarium dicitur locus publicus: ubi reponuntur thesauri uel pecuniae ab aere: Unde prius pecunia fuit. Largitionem largitas rationabilis dicitur largitio uero uitium. quum ob iniustam causam alicui largiuntur aliquid: refert autem ad prodigalitatem non liberalitatem. Intercedere oppugnare & impedire coeperunt. Cistellam qua scilicet suffragia populi in creandis magistratibus legibusq iurendis colligebantur: hanc alii Sitelam appellant. Cicero enim in oratione pro Cornelio de maiestate sic ait. Neq maius est legere codicem cū intercedatur q sitelam ipsam cum ipso intercessore deferre: Pontes: gradus quibus pulpitum ascendebant. Quo secius: ut aliter. Maiestatis Cicero li. ii. rhe. de inuent. sic ait. Maiestatem minuere est de dignitate aut amplitudine aut ptāte populi: aut hoꝝ qbus populus potestatem dedit aliquid derogare. li. autem. ii. rhe. ad herennīū idē Cice. sic. Maiestatē is minuit: qui ea tollit: ex quibus rebus ciuitatis amplitudo cōstat: haec sunt ea quae capiunt suffragia populi & magistratus consilium: Nēpe igitur tu & populū suffragio & magistratum consilio priuasti: quum pontes disturbasti. Item ex contrario maiestatem is minuit: qui amplitudinem ciuitatis detrimento afficit: Ego non affeci: sed prohibui detrimenta: aerarium conseruaui libidini malorum restiti. Maiestatem omnem interire non passus sum &c̄. Ex translatione: idest transmutatione: num alio modo: alio tēpore: alio loco num alia lege: num alio quaerente: aut agente. Tēpus differendum: ut si quis ab aliquo cōmodatum frumentum peteret mense aprilis: debitor uero diceret se debere in iunio post messem scilicet. Accusatorem mutandum: ut si dominus accusaretur a liberto & seruo iam manumisso: aut patronus a cliēte: aut pater a filio. Cauent. n. leges ne quis horum praedictos accusent. Iudices mutandos: ut si quis accusaretur epo cum esset accusandus praetori. Reus. i. accusatus is enim est reus: q defendit & propulsat accusationem. Ut autem festus ait: reus dictus est ab re quam promisit ac debet.

Largitas
Largitio

Maiestatem diminuere

Hic parte cōstitutiōis greci in iudiciis nos in iure ciuili plerunq utimur: in hac parte nos iuris ciuilis scientia iuuabit: in iudiciis tamen non nihil utimur: ut hoc modo. Siquis peculatus accusatur: quod uasa argētea publica de loco priuato dicat sustulisse: possit dicere cū diffinitiōe sit usus qd sit furtū qd peculatꝰ secū furti agi nō peculatus oportere: haec portio legitiȩ cōstitutiōis his de cāis raro uēit i iudiciū:

ℭ FRAN. Hac parte graeci Translatione graeci in causis iudicialibus & criminalibus utebantur cum dicebant non esse damnandū hac poena nō hoc tpe nō apud hunc magistratū nostri magis in petitionibus & in re pecuniaria usi sunt item graecis ptoriae exceptiones certe nō erant; nec a causa cadebat qui non sic agebat ut eā postulabat. In iure ciuili: quotiens de iure q̄stio est: Nouimus autē multas iure ciuili cōparatas exceptiones defendendorum eorum gratia cum quibus agit̃ saepe enim accidit: ut licet ipe psecutio quā accusator experitur iusta sit: tn̄ iniqua sit aduersus eum cum quo agitur: uerbi gratia: si metu coactus aut dolo inductus uel errore lapsus stipulan

ei tityo promisisti: quod non debueras promittere palam est te iure ciuili obligatum esse & actio qua intenditur dare te oportere efficax est: sed iniquum est te condemnari ideoque datur tibi exceptio causa metus aut doli mali: aut in factum composita ad impugnandam actionem plurima ad hoc: ac diuersi generis exempla: ex libris iuris ciuilis: ubi de actionibus tractatur: sumere studiosis licebit. In iudiciis tamen: more græcorum: q̃uis in iure ciuili & pecuniariis tantum causis translatione uti soleamus in iudiciis quoque uti nos contigit ita tamen ut ad eam per diffinitionem: accedatur: ut prius rerum uocabula diffiniantur. Quintilianus uix in ulla ait controuersia translationis statum reperiri: ut non & alius in eadem recte dici possit: ideoq; a quibusdam eum esse exclusum: idem dicit translationem non habere quæstionem de qua contendit orator: sed propter quam contendit nam si dicitur occidisti hominem non occidi quæstio est an occiderit & status coniectura non est tale habeo ius actionis non habes: ut sit quæstio an habeat & inde status: habeat enim actionem nec ne ad euentum pertinet: non ad causam: Et ad id quod pronũciat iudex non ad id propter quod pronunciat: hoc illi simile est puniendus es: non sum uidebit iudex an puniendus sit: sed nunc hic erit quæstio nec status: sed illic puniendus &c̃. hominem occidisti non occidi: an occiderit. Si quis peculatus: exemplum est quomodo translatione in iudiciis utamur accusatur aliquis q; uasa publica de loco priuato sustulerit: qui accusat peculatus accusat: non furti maiore enim pœna peculatus quam furti crimen punitur accusator autem sic instat damnari debes peculatus quoniam uasa publica surripuisti: contra defensor non peculatus

Furtum sed furti damnari debeo: quoniam de loco priuato sustuli: uterque uero per suæ causæ commodo diffinire

Peculatus qui accusat peculatus inquit est publicæ rei subtractio. Tu rempubli. subtraxisti peculatus igitur damnari debes. contra qui defendit: furtum inquit est cum de loco priuato aliquid subripitur: hic de loco priuato sustulit furti ergo damnari debet per finitionem itaq; ut dictum est: ad translationem deuenitur: & dicitur furti agi oportere non peculatus: & si causa transfertur a crimine peculatus ad crimen furti: & peculatus autem

Peculator furtum publicum significat a pecore autem dicitur: eo q; ueteres romani nihil præter pecora habebant. Et peculator is erat qui furto pecora subducebat: & qui populum fraudat peculatus: pœna tenetur. unde dependari uerbum: sed quoniam in diffinitiua constitutione quæritur: quid fur: quid sacrilegus: quid furtum: quid peculatus idem esse cum ea uidetur Translatio: sed differt quoniam in diffinitiua crimina utraq; iunguntur. Non enim cum sacrilegum dico: furem nego: in translatione uero uno est accusandus crimine: siue illo ad quod intendimus: siue illo ad quod reus transferri postulat actionem. Hæc portio: rõnem subiicit cur translatiua constitutio raro ueniat in iudicium.

Ius ciuile ¶ANTO. Hac parte constitutionis: scilicet legitimæ. Nam dictum est esse sex partes constitutionis legitimæ. In iudiciis: idest in rebus criminalibus. in quibus est accusatio & defensio. In iure ciuili. in rebus pecuniariis: & in quibus agitur de ciue. Iuris ciuilis scientia: Cicero in topicis scribit ius ciuile id esse: quod in legibus senatus consul tis rebus iudicatis iuris peritorum auctoritate edictis magistratuum more æquitate constat. Pauloq; superius dixerat. ius ciuile est æquitas constituta iis: qui eiusdem ciuitatis sunt: ad res suas obtinendas idem quoq; libro primo de oratore scribit q; tenenda est oratori omnis antiquitas: exemplorumq; uis: neque ius legum: aut ciuilis iuris scientia negligenda est. Peculatus idest furtum publicum: & dici cœpit a pecore tunc quum romani præter pecudes nihil haberent. Auctor est festus. Furtum idest occulta surreptio ut ait Nonius. Vt aũt in digestis scribitur. furtum est contractio uel contractatio fraudulenta rei alienæ mobilis corporalis quæ sit inuito domino cuius res fuit: aĩo lucrandi. In priuata actione. i. ciuis ad ciuem. per sonæ ad p̃sonam est ãr actio ius p̃sequendi. Prætoriæ exceptiones. p̃tor urbanus dictus qui præiret iure. itẽ

Actiões prætor dictus qui p̃iret exercitui. ut Varro scribit.

quod in priuata actione p̃torię sunt exceptiones: & a cã cadit: is q & nõ queadmodũ oportet egerit: & in publicis quęstionibus cauetur legibus ut ante si reo comodum sit: iudicium de accusatore fiat utrum illi liceat accusare: nec ne ex ratiocinatione cõtrouersia constat:

¶FRAN. Quod in priuata actione prætoriæ exceptiões fiunt. quod ut intelligaĩ sciendũ est: Actio nũ alias publicas alias priuatas eẽ i priuata: lex nulla est de publicis nõ lege sancitũ ẽ ut siqs repetundarũ peculatus furti adulterii maiestatis accuseĩ: q̃ publicæ actiones sũt: certis legibus ea etiã p̃sequi licet si qs uero creditã pecuniã: aut quo uis mõ alteri traditã petat restitui priuata actio ẽ nullaq; lex ad eã actio

exceptiones nẽ scripta est sed reddere oportet nisi creditor ita cõuenerit nec oĩno reperere. Quod si est exceptio propria succurrit ne reddat is a quo petiĩ. Exceptiones uero aut in rem sunt aut in personam. Item aliæ perpetuæ sunt: & peremptoriæ: aliæ temporales: & dilatoriæ. perpetuæ & peremptoriæ sunt quæ semper agentibus obstant: & semper rem de qua agitur perimunt: qualis est exceptio doli mali & quod metus causa factum est: & pa

Dilatoriæ aut temporales cti conuenti cum ita conuenerit ne omnino pecunia peteretur. Temporales atq; dilatoriæ sunt quæ ad tempus nocent & temporis dilationem obtinent: quales sunt pacti conuenti cum ita conuenitur ut intra certum tempus agatur ueluti intra quinquẽnium. Nã finito eo tẽpore nõ impeditur actior rem exequi: ergo ii qbus intra tempus certum agere uolentibus obiicitur exeptio aut pacta conuẽti aut alia similis differre dñt actionẽ: & post tẽpus agere ideo & dilatoriæ actiones appellantur. Alioqui si intra tempus egerint obiectaq; sit exceptio neq; eo iudicio quicq̃ consequerũr: propter exceptionem: nec post tempus olim agere poterant: cum temere rem in iudicium deducebant: hodie autem qui non egerint queadmodũ oportet. leuius puniuntur & ze

minianæ

minianæ subiacent constitutioni: quæ qualis sit: & in libris de nouarum constitutionum: & in institutionibus: ubi de exceptionibus agitur cognosci potest prætoria autem exceptio sic diffinitur exceptio est alicuius actionis uel diffinitionis alicuius ciuilia iura scribentis aliqua de causa per prouidentiã prætoris exclusio. Prætoriæ actiones &c. ut qcquid uendideris ne redibito: prætoria ad hoc exceptio est quod dolo malo fit ratũ non esto: ut si equũ uendideris & uitium occultaueris, æquum redibito penes prætorem uero omnis publici priuatiq; iuris apud romanos potestas fuit: ut nulli præter q̃ illi ius cõdere & uetera abrogare facultas eẽt: adeo aũt prætoris creuit auctoritas: ut quod ipse dixisset ob ipsius honorem ius honorarium uocaretur. A causa cadit. Nihil est aliud a causa cadere: q̃ ius persequendi quod tibi debetur amittere. Quemadmodum oportet &c. ut qui non petierit debito tempore: aut apud eos apud quos debuit aut non quomodo debuit a causa cadat ĩ publicis quæstionibus: in criminibus quorum cognitio ad senatũ uel populum pertinet sæpe contigebat apd̃ maiores nostros: ut cum publici criminis quispiam accusabatur prius ageretur uter accusare deberet si duo essent: & sic translatio in iudicium non ueniebat: Vt in causa uerris prius de futuro accusatore actum est nam Qu. Celius niger siculus uerris quæstor & ut ipse dicebat inimicus: quoniã ab eo læsus fuerat se non Ciceronem constitui accusatorem debere contendebat. Cõtra Ci. se accusare debere ostendebat: & pbabat: ut i ea cognoscitis orationem quæ diuinatio inscribitur: quoniam non de facto quærit illic coniectura: sed de futuro q est diuinatio uter debeat accusare. Alii tamen ideo putant dictã diuinationem. q iniuriati iudices cã sederet & qd̃ uellent statuere de utroq; possent. Alii q res agererur sine testibus: & sine tabulis: & his remotis argumenta sola sequerentur iudices: & quasi diuinarẽt auctor asconius. Si reo cõmodũ sit: non si reo placuerit exponas: sed potius si utile fuerit: quoniam is qui non idoneus esse dicatur: & infestus, iratusq; nimium uideatur esse & uehementissimus esse cognoscatur accusator qualis in uerrem futurus ab aduersariis Cicero timebat. Liceat quoniam si futurus crederetur. præuaricator eẽ accusator non potest nec deberet. Ex ratiocinatione &c. Vltima pars est legitimæ constitutionis: quæ collectiua & ratiocinatiua aliquando appellatur: non nunq̃ etiam syllogismus græco uocabulo nominatur. Est autem syllogismus perfecti argumenti species: ex ppositione: propositionis ratione & assumptione constans: ut si homo est animal homo est substantia: atqui homo est animal ergo est substantia: ẽ & Rhetoricus color de quo præcepta inferius dabuntur libro quarto: ratiocinatione autem utimur cum res sine certa lege in iudicium uenit: nam ex legibus quæ sunt: similitudinem ad rem cui certa lex scripta non est: aucupamur: longe autem plures casus sunt: qui accidunt q scriptæ leges: & emergentes casus leges fecerunt: faciuntq; quotidie. Ideoq; legum interpretes qui iure consulti appellantur: si forte aliquid de iure cautum non sit: sumpta ad id utuntur ab eo de quo cautũ est similitudine: uel a pari argumentantes: uel a maiori ad minus uel contra.

Prætoria exceptio

A causa cadere

Ex ratiocinatiõe

Syllogismus

¶ ANTO. Prætoriæ exceptiones. Institutiones adeo quidem aucta est prætoris auctoritas: ut quod prætor ipse dixisset: ob ipsius honorem ius honorarium uocaretur. Ex ratiocinatione fabius libro septimo syllogismum appellat: ubi ait q syllogismus habet aliquid simile scripto & uoluntati: quia semper pars in eo altera scripto nititur. Et postea inquit. Ergo hic status ducit ex eo quod scriptum est ad id quod incertum est qd̃ quoniam ratione colligitur: ratiocinatiuus dicitur. Vt autem cicero li. i. rhe. de inuent. ait. Est oratio ex ipsa re probabile aliquid eliciens: quod expositum & per se cognitum sua se ui & ratione confirmet.

nos eaq; amore ductos tacere nõ potuisse. Aut ex aliorũ: & si nos dicamus non ii sumus q uirtute pstemus: facere tñ non possumus ı quin eos in qbus est amemus: & ueneremur: ut qualis aius noster sit: facile itelligat: Qui. n. uirtutẽ laudat: uirtutis se studiosum & amatorẽ ostẽdit: & quales sunt qui laudantur: tales esse qui laudant existimari possunt. Si uituperabimus ostendit quõ beniuolentiam a persona nostra uituperãtes capere possimus: & contrariis locis faciendum præcipit: ut quod laudantes officio & studio facere nos dicimus: id merito: uel studio uituperantes facere dicamus. Quod ita tractati simus. Meretur qui uobis maledixit: ut male de eo loquamur: utitur hoc loco salustius in Ciceronem dicens respondebo tibi: ut si quam uoluptatem male dicendo cepisti: eam male audiendo amittas: Facit idem cicero in secunda contra. M. Antonium philippica. Aut studio: ut si dicamus hoc nos studio in malos esse ut eorum uitia occulta esse nolimus: ne si latuerint caueri non possint: utitur hoc loco cicero lib. primo accusationum in. C. Verrem cũ ait quod si hãc causam tam idoneam: tam illustrem: tam grauem non haberem: si aut hoc a me siculi non petiissent: aut mihi cum siculis causa tantæ necessitudinis non intercederet: & hoc quod facio me reipu. causa facere profiterer: ut homo singulari cupiditate: scelera: audacia: præditus: cuius furta atq; flagitia non in sicilia solum: sed in achaia: asia: cilicia: pamphilia: romæ deiq; ante oculos omnium maxima turpissimaq; nossemus: me agente in iudicium uocaretur: quis tandem esset qui meum factum: aut consilium posset repræhendere. Vnicam maliciam: singularẽ: Malitia contraria est uirtuti: nequicia i libidine est. Malitia Negtia diffe.

Aut quod placeat: sicut ex uirtutis laudatione eius nos esse amatores cognoscitur: sic ex uitiorum accusatione: eorum nos hostes esse declaratur: & ut ait Cicero: accusationum in. C. Verrem li. y. legem sibi idicunt innocentiæ: continentiæ: uirtutumq; olum: qui ab altero rationem uitæ reposcunt. Ab eius persona de quo loquimur: docet quo pacto colligi ab eius persona beniuolentia possit: de qua loquimur & colligetur inquit: si res ab illo gestas amplificabimus dicentes illum uel publice uel priuate eiusmodi res gessisse: ut nullius oratoris q̃uis magni exornarii aut enũerari oȯne possint. Si laudabimus seqr̃ si uitupabimus. Veteri nos &c. Ci. p põpeio huius ingt oȯnis difficilius ẽ exitũ: q̃ principiũ inuenire. Oẽs hoies &c. dicẽus eiusmõi uirtutẽ eẽ illius quẽ laudãus: ut extollere eã oẽs debeãt: sed digne satis a nullo laudari posse: qm̃ q̃to plura dñr: tãto plura supsunt dicẽda. Tibullus ad messalã: nec tua pret te chartis intexere qsq̃ facta queat: dictis ut nõ maiora supsint. Si uitupamus: uitupantes cõtrariis locis utimur. Paucis: uerbis cõmutatis: dicẽtes ueteri nos ne illius scelera oȯne cõplecti possimus: & oẽs homines illius scelera execrari: & ea oĩum accusantium orationem anteire. Paulo supra. Cũ locos ostẽderemus: qbus a nostra psona beniuolẽtia colligitur ab auditorũ psona. Nunc quõ ab auditorũ psona fieri idẽ possit: ostẽditur & si auditoribus eius quẽ laudandũ suscepimus nota uirtus fuerit: sic exordiri poterimus: & si cõpertum mihi est: ita uulgatas uiri huius uirtutes eẽ: ut ignorare eas nullus possit: pauca tamen p officio dicturus accessi: nõ ut ignaros docerem: sed ut dictoꝝ factorumq; huius conscios cõmonefacerẽ: si fuerit ignota: ut cognoscere uelint rogabimus: & iõ ad dicẽdũ uenisse ostẽdẽus: qa tantã latere uirtutẽ pati minime poteramus. Quoniã in eodẽ &c. Locus hic uim maximã concitandæ beniuolentiæ in exordio habere solet: cũ dicimus. Viri huius uirtutẽ oratione mea cõmendaturus accessi: uos autem omnia q̃cunq; a me dicta fuerint cõprobaturos facile mihi psuadeo: quoniã eiusdem uirtutis studiosi estis: ac semper fuistis.

Quicunq; autem ea laudari in aliis animaduertunt. Quibus p̃diti ipsi sunt: perinde accipiunt ac si in ipsis laudentur. Contraria si notus fuerit: pauca nos dicturos pollicebimur: de uita eius malitia: & turpitudine. Si ignotus id petemus ab auditoribus: ut uitia eius cognoscant: quo uitare ea possint. Itẽ quoniã dissimiles ei sẽper fuerint: & ab nequitia ac malis artibus alicui semper extiterint: sperate nos dicimus: fore ut eius uitam grauiter culpent. A rebus ipsis. Docet quõ a rebus ipsis facere beniuolum possimus: ut si scientiam quampiã laudemus. Item ciuitatem siue agrum. Incertos esse &c. Quod apud Virg. Dirauces fecit dicens. O fama in

gens: ingentior actis: uir troianæ: quibus credo te laudibus æquemur. Si quis philosophiam laudare uoluerit: tot mihi inquit de hac optima & nobilissima scientia dicẽda occurrunt: ut unde initium summa incertus sim.

Vereri: secundum locum cum dicimus tot de hac re dicenda occurrunt. p. c. ut non mediocriter uerear: ne cum multa dixerim: plura supersint dicẽda: & Cicero ait. Nunq̃ satis dignæ laudari philosophiam posse. Claudianus quoq; inquit: quodcunq; relinquam maius erit. Contraria &c. Vt si dicamus quid potissimum repræhendam nescius sum. Quod Propertius facit: cum ait; unde tuos primum reperam mea cynthia fastus: unde tuam quærat heu cynthia duritiem: & Cice. in salustium. Quo me uertã patres cons. unde initium sumam. Item uereor si omnia huius scelera complecti oratione uoluerim: cũ multa dixerim: ne plura supersint dicenda. illud admonendũ est: Aristotile in demonstratiuis causis maxime libera phœmia existiare longeq; a materia duci: qđ in heleneς laudatione. Isocrates fecit: & ex aliqua rei uicinia: ut idẽ in panagirico cũ quærit plus honoris corpibus q̃ animoꝝ uirtutibus dari: & gorgias in olympico laudans eos q instituerunt cõuentus: quos Seruius. C. salustius in bello iugurthino & catilinario nihil ad historiã ptinentibus phœmiis usus ẽ. Principio: nulla inquit narratio principiũ necessario seqtur: sed si qua icidit qua factũ aliquod alicuius narrandũ sit: in quo aut laus: aut uitupatio contineaẽ ea seruanda sunt: quæ libro. i. de narratiõe pcipiunẽ: ut sit breuis dilucida uerisimilis. Narratio non nisi pteriti tpis solet esse: demonstratiuũ aũt genus in psenti uersatur laude: aut uitupatione: & uim illic pcipuam hẽt: res aũt psis narratione nõ indiget. Quotiens aũt pterita in hoc genere narrantur: incidens narratio ẽ: quæ psitem confirmat: laudem uel uituperationẽ. Factũ res gesta.

simũ laudemus: ueteri ne cum multa dixerimus: plura prętereamus: & quæ similes sentẽtias habebunt: quibus sententiis contraria sũmuntur a uituperatione. Principio ab aliqua tractatione harũ: quas ante cõmemorauim9 rõnum. Narratio nõ erit ulla: q̃ necessario cõseq̃tur: sed si q̃ inciderit cũ aliq̃d factũ ei9: de quo loq̃mur nobis narrãdũ sit cũ laude: aut uitupatione pceptio narrandi de primo libro repetetur. Diuisione hac utemur exponem9 quas res laudaturi sumus: at uituperaturi. Deinde ut quæq; quoue tẽpore res erit gesta ordine dicemus: ut quiqcd tute cauteq; egerit itelligaẽ. Sed exponere oportebit aĩ uirtutes aut uitia. Deĩde cõmoda: aut incõmoda corpis: aut reꝝ externaꝝ: q̃uo ab aio tractata sint demõstraẽ.

Cũ laude. Si laudamus: quod cicero facit: q res a põpeio gestas narrat: in qbus Pompei laudes cõtinenẽ. Vituperatione: qđ idẽ facit in. C. uerrẽ: res. n. ab illo scelerate gestas exponit. Diuisione: ad diuisionẽ transit: q̃ ut nouimus duplex est: altera enumeratio: altera expositio appellatur: q̃ res exponit breuiter & absolute: qđ ipse in oratione p pompeio in pte demõstratiui generis facit: cũ ait: ego sic existimo: in sommo impatore quattuor has res inesse oportere: scientiã rei militaris: uirtutẽ: auctoritatẽ: felicitatẽ singulas deinde quo sunt ordine ppositæ exeqtur. Deinde ut quæq; quoue tpe res gesta erit &c. Placet hic incipeẽ cõfirmatiõis pcepta in demõstratiuo genere: nec referri hæc ad ptitionẽ: qđ non nulli sentiunt: sed certe inepte. Cõfutatio in genere demonstratiuo necessaria sp non est: sæpissime. n. accidit: ut oĩno nõ contradicaẽ: si qua tñ suspicio incideret: diluenda esset dictũ est superius laudẽ hoium: & uituperationẽ in tria tpa diuidi: pteritum psens: & cõsequens hic ordo tẽporũ seruandus est: siue laudamus: siue uituperamus: Quinti. Ciceronem secutus: duabus uis docĩ nos ait: per hoc opus laudandi: & uituperandi: & aut ætatis gradus gestarumq; reꝝ ordinem sequi: ut in primis annis laudetur indoles: tũ disciplinæ: post hæc opum. i. dictoꝝ factorumq; contextus: aut in spẽs uirtutũ diuidere prudentiæ: iustitiæ: fortitudinis: continẽtiæ: cæterarũq; ac singulis assignate: q̃ secũdũ quãq; earũ gesta erunt: utra sit aũt haꝝ uia utilior cũ materia deliberãdum idẽ ingt: Vt quæq; quoue &c. Prior est uia in qua seruãdus est tempoꝝ & rerũ gestarũ ordo: quo facilius: laus hominis: aut uituperatio intelligatur: quid prius: quid posterius gestum sit: Cicero in laodibus pompei a pueritia initiũ sumpsit: a qua ad adolescentiã transitũ fecit: & reꝝ ac tẽpoꝝ tenore seruato: bella enumerauit: quæ gessit: ciuile: Africanum trãsalpinum hispaniense. Idem & secundã uiam attigit: quid secundũ quãq; aĩ uirtutem gestum sit dicens. Vt quod tute &c. ut ex tempoꝝ & rerum ordine tute: & caute egisse eũ q laudaẽ audientes intelligant: in quo non mediocris laus posita est. Nam id spectari in gestione negocii semper debet: ut sine periculo & caute res geraẽ: Scipio turpe dicebat imperatori eẽ dicere nõ putarã. Sed exponere: hæc est secũda uia qñ enumeramus aĩ uirtutes: & uitia deinde quo pacto secundum hæc corporis commoda uel icõmoda: & itẽ res externæ tractatæ sint ostẽdemus. Aĩ uirtutes: q̃ q̃ttuor sunt uitia his opposita: cõmoda aut incõmoda. Secũdũ stoicos loqtur: cõmoda. n. potius sunt q̃ bona appellãda: nõ. n. uera bona sunt. Verũ bonũ sola uirtus est q̃ hoiem meliorẽ facit: q̃ eripi nõ põt: robur agilitas q̃uis parua febricula debilitaẽ: diuitiæ sæpe numero auferũtur: quaꝝ ac formæ simul: ut scribit Salu. gloria fluxa ẽ: ac fragilis sed uirtus clara æternaq; habeẽ: pipathetici tñ corpis & reꝝ externaꝝ cõmoda bõa appellauerunt. Et sunt qdẽ corpis cõmoda uel incõmoda: ut robur: uelocitas; infirmitas: tarditas reꝝ externaꝝ: ut diuitiæ honores: & his cõtraria. Quõ ab aio &c. hoc est a uirtutibus aĩ: & illud est qđ dicit Quinti. singulis animi uirtutibus assignanda eẽ: q̃ secundũ quãq̃ earum gesta essent. & hic apte stoicoꝝ innuiẽ sententia: q corporis & reꝝ externarum cõmoda bona esse non uolebant: nã bona p se dici non possunt: sed pro utentiũ mõ mala fiunt uel bõa exẽpli cã: aliqs celeritate & di-

Diuisio duplex

Qua requirunt imperatore

Verum bonum uirtus

uirtutis bene utitur:neq̧ his insolens efficit:bona in eo uideri possunt:contra mala in eo uident:qui his abutitur cōmoda aūt corporis & incōmoda in attributo sunt personæ quod est habitus: in quo considerat cōmoditas non natura data sed industria & studio parta:& itē incōmoditas q̄ negligentia nr̄a acciderit: bona externa in attributo sunt naturæ:i qua cōsiderat sexus:natio:patria:cognatio:ætas:a quibus rebus Niobe in latonam dicens apud Ouidium lib.metamor.vi.se laudat:hunc ordinē:ut aut q̄q̧ res quo tpe gesta sit ostēdamus:aut alicuius uirtutes & uitia exponamus:& quō cōmoda:aut incōmoda corporis:& rerum externarum ab alo tractata sint demonstremus.

Ordinē hunc adhiberē in demonstranda uita debemus. Ab externis rebus genus in laude: q̄bus maioribus natus sit:si bonos genere: parem:aut excelsiorem fuisse:si humili genere ipsum in suis:non in maiorum uirtutibus habuisse præsidium. In uituperatione:si bono generi dedecori maioribus fuisse: si malo tamē his ipsis detrimento fuisse. Educatio quod in laude bene: honeste in bonis disciplinis educatus tota pueritia fuerit in uituperatione contra: inde se retraxisse aperte a corporis cōmmodis. A natura in laude si sit dignitas atque forma laudi fuisse eam: non quemadmodum cæteris detrimento atque dedecori. Si uires atque uelocitas egregia honestis hæc exercitationibus & industriis comparata. Si ualitudo

Ab extraneis &c. a rebus incipit:q̄ externæ positæ sunt. Genus in laude. Genus inquit quō in laude poni possit:& si bono genere nati quē/piā dicemus parē maioribus:aut excelsiorē fuisse ostēdemus. Quod Messalā laudans Tibullus fecit. Cum ait. Sed generis priscos contendis uincere honores: q̄ tibi maiores maius:decus ipse futuris:& Ouidius ī quit:sic magnis cedit titulis agamēnonis atreus: Aegea sic theseus:sic Pelea uicit achilles. Si humili genere. Exemplum est Ciceronis contra Salu.,qd̄ supra posuimus. In uitupatione. Cum uitupamus bono genere ortum: degenerasse: & dedecori maioribus fuisse qd̄ in Salu. dicens cicero fecit. Nā genus & proauos & q̄ nō fecimus ipsi: uix ea nr̄a uoco inqt Ouid. Et iuuenalis. Quis.n.generosum dixerit:hunc q indignus genere ex præclaro nomine tantum insignis:& miserum est alienæ incumbere famæ. Itē malo pf tibi sit Thersites:dummodo tu sis Aeacidæ similis: uulcaniaq̧ arma capessas: maiorū quidē & parentū uirtus posteris ad laudē: & gloriā accedit si ipsi quoque uirtute pditi:& digni maioribus sunt: Vnde ait Euripides i hæcuba: δεινὸς γὰρ χαρακτὴρ κἀπίσημος ἐν βροτοῖς ἐσθλῶν γενέσθαι κἀπὶ μεῖζον ἔρχεται τῆς εὐγενείας τοὔνομα τοῖς ἀξίοις. Si malo;ut si dicatur aliquis maiores suos homines pessimos & nefarios uitæ turpitudine superare uel maioribus suis uilibus & obscuris non prodesse sed detrimento esse. Educatio:hoc in attributo personæ est qui uictus dicitur quo pacto ab educatione laudetur uel uituperetur quispiam superius ostensum est. Disciplinis:ut artium liberalium item rei militaris ;a quibus rebus multos laudat Cicero. Contra is uituperatur:qui a bonis disciplinis:quibus eum parentes imbui tenerum uolebant dicitur discessisse:& instrui se erudiriq̧ passus non esse. Inde se retraxisse. Incepisse quidem:sed īde se retraxisse. A pte corporis &c.docet laudare uel uituperare a bonis corporis. Commoda a natura in laude:commoda a natura data animo:aut corpori considerantur hoc mō:ualens an imbecillis longus an breuis:formosus:an deformis:uelox an tardus :acutus : an hebes:memor: an obliuiosus:comis officiosus:prudens:patiens:an contra:& omnia quæ a natura dantur animo:& corpori in natura consideranda sunt. Si sit dignitas. Quid dignitas sit:superius declaratum est :ea cum forma coniuncta est:gratiosos eos in quibus est efficit. Sic autem locutus est:cum ait dignitas aut forma q̄ admodum cum dicitur: Alexander siue paris hoc est Alexander qui & paris dicitur : laudi fuisse eam ita uixisse quamuis apprime formosum dicemus:ut nihil ei uitio unq̄ datum sit:ut continens semper:atq̧ integer habitus sit:cum accidere ferme semper contra soleat. Nam rara est concordia formæ:atq̧ pudicitiæ sanctos licet horrida mores tradiderit domus & ueteres imitata sabinas. Non quemadmodum cæteris difficile est formoso adolescenti: & puellæ pudicitiam seruare:adeo corruptis moribus & multi forma insignes p̄cipites in uitia labuntur:sunt/q̧ suis ac sibi detrimento:ac dedecori. Adolescentes enim non licet esse uiros:nam prodiga corruptoris improbitas ipsos audet tentare parentes:tanta in muneribus fiducia:multis deniq̧ qui continentes nimium fuerunt exitio dignitas formæ extitit:ut hippolito:bellerophonti Lucretiæ .C.Sillo:quem tantopere messallina dilexit:ut claudio marito uiuo nubere illi uoluerit:si itaq̧ formam laudabimus:laudi fuisse diceremus:si uituperabimus damno atq̧ dedecori:Et iulio cæsari obiectum est:q̧ nicomedi Bithyniæ regi suam prostrauerit pudicitiam. Si uires &c. in natura considerantur:ut dictum est ualens & imbecillis uelox & tardus:sed illud aduertendum natura bona ut uires & uelocitatem industria augeri & conseruari:Et contra inertia atq̧ ignauia minui:ac deperire:industria autem est honestus labor:in honesta re susceptus:si laudabimus ergo alicuius uires:& uelocitatem cōmoda hæc exercitatiōibus cōpara eē dicemus:ut saltu:iactu:pilæ ludo:uenationibus:bellis cicero pōpeium in rebus bellicis ab ineunte ætate semper uersatum esse dicit:& ppea belli illud maritimū tantum ac tam diuturnum tam longe lateq̧ dispersum:quo omnes gentes:ac nationes premebā industria quid
tur incredibili:celeritate cōfecisse:nā extrema hyeme appauit ineūte uere suscepit media æstate cōfecit. Si ualitudo:q̄ bōa ai & corpis sunt:ea cum laudamus:cōparata esse industria dicere debemus:ut ualitudinē hoc mō hic quem laudo;qm̄ per omne uitæ tempus integre continenterq̧ uixit bonam ualitudinem adeptus est.

Perpetua: diligentia & temperantia cupiditatum. In uituperatione si erũt hæc corporis cõmoda male his usum dicemus: quæ casu & natura tãquam quilibet gradiator habuerit: Sin erunt præter formam omnia ipsos culpa & intemperantia fuisse dicemus. Deinde reuertemur ad extraneas res: & in his animi uirtutes aut uitia: quę fuerint considerabimus: diuitię an paupertas fuerit: que potestates: quę gloria: quę amicitia: & quid fortiter in inimicitiis gerendis fecerit: cuius causa susceperit inimicitias: qua fide: beniuolentia: officio gesserit amicitias. In diuitiis qualis aut in paupertate cuiusmodi fuerit: quemadmodum habuerit in potestatibus gerẽdis aium. Si ĩterierit cuiusmõi mors fuerit: cuiusmõi res mortẽ ei9 sit

Ex perpetuaq; longa usus sit diligentia. Ex temperantia cupiditatum: Cicero libro de senectute defectionem uirium adolescentiæ uitiis effici ait: & libidinosam ac intemperantem adolescentiam effectum corpus tradere senectuti. Quod si est moderata & continens adolescentia robustum corpus tradit senectuti. His male usum uiribus & uelocitate: si uituperamus male usos dicemus: & casu quodam nulla exercitatione adeptos eẽ: ut de milone crotoniate diceretur: q robore naturali admirabili fuit: sed exitu infelici. Nam uiribus ille confisus perit: admirandisque lacertis ut ait satyrus cum enim iter faceret: quercum in agris cuneis adactis fixam uidens: fretus uiribus accessit eodẽ: insertisq; manibus diuelere conatus est: quas arbor excussis cuneis in suam naturam reuocata compressit. Eũq; tot gynicis palmis nobilẽ lacerandũ feris dedit Valerius Maximus. Tanq̃ qdam gladiator: sic dicemus: natura huic robur dedit: sed eo ita usus est: ut gladiatori potius q̃ uiro forti cõparari possit. Gladiator temere se obiicit piculis: uir fortis nihil sine cã rationabili aggredit. Si nõ erunt. Si talibus carebit cõmodis: ille quem uituperamus eius culpa accidisse dicemus q; semper libidinose ac intemperanter uixerit: cuius rei cã in morbos uarios atq; ægritudies iciderit: nam ut ait Oui. languor & ĩmodice sub nullo iudice somni. Aleaq; & multo tẽpore quassa mero. Eripiũt omnes animo sine uulnere uires. Præter formã. forma excepta: quæ trahi in culpam eius non põt: qui uituperatur si non affuerit: natura. n. ueram pulchritudinem dat nemo sibi ipsi tradit quin & eum cõtẽpsisse laudi ascribitur: ut multis sed spurinæ illi hetrusco p̃cipue quem fama est faciam cicatricibus deturpasse ne placeret contra cultu elegantiore auxisse dedecori dat: Vñ ait ouidius sint pcul a nobis iuuenes ut fœmina compti: sine coli modico forma uirilis amat: Non corporis deformitate fædari animus potest: sed pulchritudine animus corpus ornat: ut ait seneca. Deinde reuertemur &c. dixit iam de cõmodis & incõmodis rerum externarum: deinde corporis: sed commoda & ĩcommoda rerum externarum de quibus præcepit ptim eius tẽporis fuerũt: quod ante homines est: ut natio: patria: genus: partim illius quo homines uiuunt: sed extra ipsos posita ut educatio: nunc uero de rebus externis loquitur: quæ ab ipsis tractantur hominibus: & administrantur. In quibus quemadmodum: & in prioribus animi uirtutes & uitia quæ fuerint consideranda esse dicit: hoc autem quo pacto fiat: supra declaratum est: non enim per se bona sunt: sed sicut ipsis utitur: qui habet laudari aut uituperari posse uidebitur: & sunt infortunæ attributo. Ad extraneas res q̃ administratæ ab homine fuerint quem laudamus. Et in his animi uirtutes: &c. si dicimus diuitem fuisse dicamus liberalem fuisse continentem: aut contra si in potestate fuisse ostendimus iustum ac moderatum: uel contra fuisse ostẽdemus & in singulis huiusmodi externis rebus uirtutem: aut uitium animi consideremus. Diuitiæ an. &c. honeste parasse diuitias laudi datur: Paupertas si negligentia nostra accidit dedecori esse solet: ut in his qui cõsumptis diuitiis quas maiores reliquerunt: ad inopiã redacti sunt. Itẽ q; in pauptate bene uixerit & continens integerq; fuerit p̃cipue laudatur curius & fabricius nã paucis mimisq; contentum esse in laude p̃cipua est. Et Lucanus pauptatem laudat diuitias culpat: cũ ait fœcũda uirorũ paupertas alitur: totoq; accersit orbe: Quo gẽs quæq; pit. Itẽ o uitæ tuta facultas paupis angustiq; lares o munera nondũ intellecta deũ q̃ potestas; quõ se in ptãte habuit: fuerint ne faciles ad eũ aditus priuatorũ: & libere q̃rimoniæ de aliorũ iniuriis: an cõtra clemẽtia an crudelitate usus sit: p̃cio ne & p̃cibus sinerit se corrumpi: uel cõstans integerq; pmanserit. In oratione p lege Manilia a continẽtia humanitate: ac fide: qbus uirtutibus in ptãte cũ esset usus est: mirifice laudat põpeius contra oẽs in. C. Verrẽ libri in eo sunt occupati ut siciliã puinciam a uerre p̃tore expilatã fuisse: & illum in ptãte: turpiter flagitioseq; uixisse ostendunt. Quæ gloriæ: tam priuati hominis gloria est: q̃ eius qui cum ptãte est: considerare ãt solemus: quæ fama excitata sit: ex uera laude an falsa. Nã Gloria est frequẽs fama cũ laude: Si laudabimus: ex uera laude: si uituperabimus ex falsa exortam dicemus. Quæ amicitiæ: cũ bonis ne an cũ malis. Quæ inimicitiæ: Cum hostibus reipu. causa: an cũ amicis cum claris uiris: an cum obscuris & uilibus. Cicero fato suo sibi contigisse inquit: ut quocunq; rempu. perturbarint: se hostem habuerint: & oẽs se reipu. cã suscepisse inimicitias. Quid fortiter: Gloriatur cicero nunq̃ ueritum se inimicos: nunq̃ a dicẽda sẽtentia deterritum: q̃uis manifeste ĩminens uideret piculum. Qua fide: Valerius Maxi. multos enumerat: q ne in piculis quidẽ amicos deseruerunt: & exilium atq; etiã mortẽ subire cũ illis uoluerunt. Quem aium cõtinentem an contra. Si interierit: docet qd agendum sit: cũ defunctũ laudamus: uel uitupamus. Cuiusmõi mors: si laudamus honesto exitu uitam finisse dicemus: si uituperabimus inhonesto: & parem uitæ exitum illi deos dedisse manlius capitolinus cum in suspitionem uenisset affectati regni: ex arce p̃cipitatus fuit. Spu.

Gloria quid

Melius ob idem crimen iussu dictatoris a serullio hala occisus est. Mors ergo illis dedecori fuit: q̃m inhonesta sed & post mortem adiecta ignominia est. Melio: Cuius domus solo æquata est. Mallio cuius prænomen ex familia exemptum est: contra pythagora metaponti mortuo: cum nullus inueniretur dignus: qui illi succederet domus cereri consecrata est. Iunium brutũ auctorem ro. libertatis annũ matronæ luxerunt. Et quã carus oĩbus superior Africanus fuerit mærore funeris: indicatum dicit cicero. Ad oẽs. In rebus externis aĩ uirtutes aut uitia cõsideranda esse dixit. Hic oĩbus rebus in quibus animus hominis cõsideratur: quatuor illas uirtutes: iusticiã: fortitudinẽ: prudentiã: modestiã: applicandas dicit esse. Et ostendendũ quicqd is quẽ laudamus dixerit fecerit: ne iuste: fortiter: prudẽter: modeste: dixisse: & fecisse: cõtra si uitupabimus. Aĩus hoĩs. Quædã sunt in quibus animi pariter: & corpis uis postulatur: ut bellũ: quædam animi tñ uirtutem expetunt: ut reip. administratio tũ ãt ĩ rebus externis: ut diuitiis potestatibꝫ gloria q̃ corpis ut robore forma uelocitate: animus hoĩs consideratur: quõ scilicet homo his rebus usus sit: exempli cã: si in potestate fuit is quem laudamus dicimus suũ cuiq; tribuisse: quod ad iustitiam pertinet: si in bello uersatus est nulla pericula pro reipu. utilitate recusasse: & labores oẽs ꝑpessũ esse: qđ ad fortitudinẽ spectat si ꝓuinciam gubernauit: integrũ cõtinẽtemq; fuisse ostẽdemus: quod modestiæ ẽ: prudentẽ uero demõstrabimus: ut si imparatorẽ laudemus & tutiorem suis in pugna locũ elegisse: aut ab insidiis semper cauisse: aut clãdestina hostium cõsilia ꝑripuisse: dicemus quæ oĩa ad prudentiã ptinẽt: Cice. qcquid a pompeo factum ait: secundũ aliquã harũ uirtutũ factum inquit contra. C. uerrẽ idẽ omnia inique: ignaue: stulte: immodeste fecisse commemorat. Perspicuũ: concludit ꝑ ea quæ dicta sũt: manifestũ dicens esse tres locos eẽ ex qbus ratio omnis laudãdi & uituperãdi trahi possit uirtutũ ac uitiorum animi. Cõmodorũ incõmodorumq; corporis & rerũ externarũ. Ex hac dispositione ordine ac digestione rerum. Si illud etiam &c. si illud monuerimus non in cuiusq; laudem: uel uituperationem omnes superius dictos locos necessario assumi nõ enim contingit: ut in eũ quem laudamus: aut uituperamus omnes ĩcidant: sed eius ẽ q artẽ tradit: oĩa quæ ad artem pertinere possunt inuestigare: ac proponere: is uero qui laudat: uel uituperat: quæ causæ suæ conueniant eligere debet. Aut ita tenuiter: ut si quem laudãdum assumpserimus: qui in una re magnopere excellat: ut in fortitudine aut modestia: & uel in bonis corporis tantum: aut rerũ externarũ in cæteris uero non ita: quæ laudari in eo non poterũt prætermittemus: quæ uero laudari poterunt ea eligemus. Conclusionibus quemadmodum cõcludendũ sit: præcipit. Et breuibus utendum esse cõclusionibus dicit. Quæ per enumerationem fiant: ut breuiter quæ in tota oratiõe dicta sunt colligãtur. Ad exitum causæ in fine causæ: ut si hoc modo cõcludatur: cum tot in hoc homine egregia esse acceperitis: eximiam bellandi scientiam: singularem uirtutem: clarissimã auctoritatẽ egregiã fortunã credite: & uobis ꝑsuadete: nobis a diis immortalibus oblatũ & datũ eẽ: ut hãc rẽp. cõseruet: atq; amplificet: ut nobis ad imitandũ exẽplar sit: quare eũ amemus atq; obseruẽus. Qđ si fecerimus nõ dissimiles illi existimabimur. In ipsa cã: dixit ꝑ enumerationẽ cõcludendũ eẽ: nũc qd in cõfirmatione laudis: uel uitupationis agendũ sit: monet. Et crebras ac breues amplificatiões interponẽdas eẽ ꝑcipit ꝑ locos cões: ut epilogi singularũ argumentationũ: & ipse uirtutes uel uitia. Itẽ geste res amplificent: sed breuiter: ne si lõge fuerint amplificatiões: uel tedio auditores afficiant: uel scurrulis uideat assentatio. Ci. in orone ꝓ põpeio hoc facit: ut cũ ait: qd est: qđ quisq̃ aut dignũ illo: aut nobis nouũ: aut cuiq̃ ĩ auditũ possit afferre. Itẽ ꝓ dii ĩmortales tãta ne unius hoĩs ĩcredibilis ac pene diuina uirtus: tã breui tpe lucẽ afferre reipu. potuit. Itẽ ẽ hæc diuina atq; incredibilis hoĩs uirtus: tota denique illa pars orõnis q̃ laudes cõtinet pompei crebras hẽt amplificatiões: q̃ quid sint superius est declaratum. Per locos cões: quibus in oĩ cã siue laudet: siue uitupet orator uti põt: qcquid est quod amplificetur: siue ad aĩum: siue ad corpus: siue ad res externas ꝑtinet: mõ qđ dr: non uulgare esse ostendat: & in maius extollatur. Nec hoc genus &c. Genus demonstratiuũ ætate Ciceronis per se raro tractabatur: & multi putabant oratorẽ de re dubia tñ dicere debere. Nõdũ .n. impudẽtissima assentatio: q̃ oĩa corrumpit: aĩos hoĩum ingressa erat. Nõdum uiri principes delectari laudibus ceperant quas non merebant: cũq; suas nõ esse intelligerẽt non ẽt affectabant: nullus nisi in capitoliũ iouẽ fortasse panegyricum scripserat: nr̃a tempestate: quod & paulo supius q̃sti sumus: hoc unum genus relictũ est. Siqd tñ in tãta

consecuta. At oẽs aũt res: qbus aĩus hoĩs maxĩe consideraẽ ille quattuor aĩ uirtutes erũt accõmodãdæ: ut si laudabim9: aliud iuste: aliud fortiter: aliud hõeste; aliud prudẽter factũ esse dicam9. Si uitupabim9: alid iniuste: alid ignaue: aliud ĩmodeste: aliud stulte fcm̃ eẽ dicem9. Perspicuũ ẽ iã nimirũ ex hac dispõne queadmodũ sit tractãda: triptita diuisio laudis & uitupationis: si illud ẽt assumpserius nõ necesse eẽ nos oẽs has ꝑtes in laudẽ: aut uitupationem trãsferre: ꝓpea qđ sæpe nõ incidunt: aut ita tenuiter ut nõ sine necessariæ: quapp eas ꝑtes q̃ firmissimæ uidebunẽ legere oportebit: conclusionibus breuibus utemur per numeratione: ad exitũ causę ipsa causa crebras: & breues amplificationes interponere oportebit per locos communes: nec hoc genus causę: eo quod raro accidat in uita: negligentius cõmendãdum est: neq; id quod uideri potest accidere: ut faciendum sit aliquando non oportet uelle q̃ cõmodissime põt facere: & si sepati hęc cã min9

rerum mutatione prisci illius decoris superesse potest. Cur autem hoc genus & si raro per se tractatur contẽnendum minime sit. Cicero docet: & quia inquit accidere potest: ut aliquando separatim tractetur: tenenda eius ratio est: & quia in iudicialibus & deliberatiuis incidit causis: non enim defenditur quisquam: qui non laudetur: nec accusatur: qui non uituperetur: est itaq cum utroq genere coniunctum: hoc demonstratiuum genus. Iudicialibus: ut in libris contra. C. uerrem in quibus uerres uituperatur: & in oratione pro flacco: ubi testes athenienses laudant. Deliberatiuis: ut in oratione pro pompeio: ubi pompeius cõmendatur: q̃uis principale causæ genus deliberatiuũ sit. Sæpe: ut in uarinianũ testẽ: q tota orõne uituperat. Nũc absoluta &c. Absoluta inuẽtione: q in sex ptes oratiõis cõsumit: exordiũ: narrationẽ: diuisionẽ: confirmationẽ: confutationem: & cõclusionẽ: ad dispõnem accedit: nec. n. satis est inuenias: q exordieris: q narres: quæ diuides: q cõfirmes: quæ confutes: & quæ cõcludas: nisi singula suo loco: atq ordine quẽadmodũ res postulat collocentur: transitiõe aũt utit: breuiter qbus de rebus dixerit exponens: & qbus de rebus dicturus sit ostendens. Difficillima: ideoq prima in ordine: qm̃ difficillima: de difficillimis ãt prius tractat Ci. Perpolita: pfecta & absoluta: translatio est a fabris: q operi sũmá manum imponentes: perpoliunt. Ad oẽ genus causæ docuit quõ inuẽire possimus in genere iudiciali: deliberatiuo: & demõstratiuo: & ea ex qbus facere mus exordium: & cæteras orationis partes. Ad cæteras partes &c. pronunciationẽ & memoriam.

Voniã dispõ &c. diffinitionem reperit dispõnis: q ẽ li. I. cũ sic diffinit. dispõ ẽ ordo & distributio reũ q demõstrat qd qbus locis sit collocãdũ ẽ: ãt diffinitio ab affectu: ita. n. res describit: ut qd efficiat: ostendat. Certo ordine: qd nisi fiat memoria pturbabit. Quidq: unaquæq res inuenta. Videndum est &c. qm̃ rõ est diuersa ut uno mõ disponere utile sp nõ sit. Genera dispositionũ &c. duplicẽ dicit eẽ dispositionẽ: naturalem: alterã: quæ ab arte pficiscitur: alteram artificialem quæ ad casum temporis accõmodata est: & oratoris iudicio relinquitur: ut consideret ipse qd primo: quid secundo loco: qd deinceps dicat: artis ordo ille est: ut primo exordiamur: secundo narremus: tertio dispo namus: quarto cõfirmemus: quinto cõfutemus: ultimo concludamus: sed hunc ordinẽ causæ difficultas aut aliqua puertit necessitas. Quinti. lib. vii. de diuisione multa pcipit: quam mirifice laudat: inuentionẽ absq ea nihil oĩo ualere dicens: idẽ ait meminerimus ipsam dispositionem plerumq utilitate mutari: nec eundẽ semper qstionem primum ab utraq pte tractandam: idq exemplo probat demosthenis pro Ctesiphõte. Ad casum tpis: ad id qd tps affert: sæpe. n. accidit: ut ordo uel seruari nõ possit: uel si seruetur utile nõ sit. Itẽ ex institutione &c. nõ solũ inqt in ptibus oratiõis principalibus dispõ adhibẽda est: sed ẽt in singulis argumẽtatiõibus: qbus utimur in confirmatione: & cõfutatiõe ut ille seruet ordo: q de argumẽtatiõis ptibus li. ii. traditus ẽ: ut primo loco sit propõ: & eã deinceps cæteræ sequant ptes. Hæc igit &c. ex his q dixit conclusionẽ elicit dicẽs dispõnem hanc q ab arte pficiscitur eiusmodi eẽ: ut in orõnibus: & singulis argumẽtationibus eaq ptes suo ordine digerant & tractent. Est ãt &c. Accidit tps: ut ordo naturalis mutandus necessario sit: sicuti ex quintiliani ẽt auctoritate ostensum est: qui ait certa uia tradi in oẽs materias dispõnem nõ posse: cũ infinite sint litiũ formæ fuerint: futuræq sint: & tot seculis nulla reperta sit cã: quæ esset tota alteri similis: quare idẽ ait sapiat oportet orator: & uigilet: & inueniat: & iudicet: & cõsilium a seipso petat: Cic. p Milone dicens: & Ilioneus apud Vir. lib. I. æneidos confutatione ut ante docuimus prius utitur q narratione: quod nisi uterq secutus esset: iratos & aduersos auditores hñissent egit idem Orpheus apud Ouidiũ: cũ ad inferos descendisset: dixit. n. q obiici poterant: priusq narraret: ueni sibi ut cerbaq abduceres: quod hercules fecit nõ ueni: ut hoc cõmitterem: sed uxor euridice nup fato sũcta ueniendi cã sui: sic autẽ exordit. Oppositi sub terra numina mũdi in quẽ decidimus qcqd mortale creamur

sępe tractetur: at in cãis iudicialibus: & i deliberatiuis sæpe magnæ ptes uersant laudis aut uitupationis quare i hoc quoq genere cãæ nõ nihil idustriæ cõferendũ putam9: nũc absoluta nobis difficillima pte rhetoricæ: hoc ẽ inuẽtione ppolita: atq ad oẽ causę genus accõmodata tempus est ad cæteras partes orõnis proficisci: deinceps igitur de dispõne dicemus.

De dispositione.

Voniã dispõ ẽ: p quã illa: q inuenimus in ordinẽ redigimus: ut certo qdq loco pnũciem9: uidẽdũ ẽ cuiusmõi rõnẽ i disponẽdo haberẽ cõueniat: genera dispõnũ sunt duo: unum ab institutione artis pfectũ: alterũ ad cãm tpis accõmodatũ: Ex institutiõe artis disponẽus cũ sequemur eã pręceptionẽ quã in prio libro exposuim9 hoc ẽ: ut utamur principio narratiõe: diuisione: & confirmatiõe: cõfutatione: cõclusiõe: & hunc ordinẽ quẽadmodũ pceptũ est añ: in dicẽdo sequamur. Itẽ ex institutione artis nõ mõ totas cãs p orationẽ: sed per singulas quoq argumẽtationes disponemus: quẽadmodũ in secundo libro docuimus: id ẽ expositionẽ: rationẽ: cõfirmationẽ rationis: exornationẽ: cõplexionem. Hæc igitur duplex dispõ est: una p orationes: altera per argumentationes ab institutiõe artis profecta. Est ãt alia dispõ: quę cũ ab ordiẽ artificioso recedendum est oratoris iudicio ad

exordium statim confutatio sequtur:non huc ut opaca uiderem tartara descēdi:nec uti uillosa collubris torua medusci uincirem guttura monstri diffiniuit igitur quid dispositio sit:q̄ licet ab arte nō pficiscatur artificiose tñ tractāda est;ideoq3 artificialis appellatur. Vt si a narratione:omisso principio. Aut ab aliqua firmissima argumentatione:ut a firma aliqua argumentatione initium faciamus;orationis nostræ:quæ auditoribus ostē dat nos habere aliquid quo causam nostram corroboremus: hoc quando accidat quid fieri necesse sit paulo post dicet. Aut a litterarum:si forte litteræ extent:quæ causam nostram iuuare possint:ut si quis Lentulum accuset:q3 allobrogū legatos ad cōiurationē inuita/uerit:& litteras ab eo legatis missas habeat:cum litteris.n.capti fuerunt:ab earum recitatiōe incipere po/terit. Secundū post. Cōfirmatione utamur: quod cicero facit in oratione pro planco:ambitus a laterē/si accusato:nam quia causa nota erat iudicibus: qm̄ ante exposita:statim post exordium confirmatio se/cuta est;non semper autem utendum narratione est ut ait Cicero:libro de oratore: & qñ utendum sit idē consilii esse ait. Nisi causa posita;quādo uel accidat: ipse declarat. Nam si uehementer: docet qbus tpi/bus naturalis ordo mutādus sit. Obtusæ:uelut hebetate nimio audiendi fastidio obtundere est sæpius repetēdo:eadem dicere translatiōe a fabris sumpta: qui sæpe repetunt tūdendo aliquid malleo:& idē obtundunt ac hebetant:terentius obtundis:tam & si ītelligo. Animi defatigati:longa oratione: & accla-matione eius q prior dixit:quid autem agendū sit:cū fessi audiēdo:iudices sunt lib.i.docuit. Aut a narratiōe.prohœmium apud iudicem priusq̄ cām cogno/uerit prodest:ut ait quintilianus; q secundo loco di-cunt:abstinere ab eo possunt:& statim a narratiōe incipere. Aut ab aliqua firmissima argumentatione: hoc ē firmissimo causæ nr̄æ adiumento:qđ in oratione pro Qu.ligario a Cice.est factum:nam cū difficilis apud cæsarem qui ligario uehemēter iratus erat: defensio esset:a duobus causæ adiumētis tanq̄ a fir-missima incipit argumētatiōe.Obiectū prius crimen per ironiā:quam merito quītilianus diuinā appellat: confitet:deinde relatiōe utitur criminis :nec abfuis/se a ligarii peccato accusatorē tuberonem ostēdit:ut pscribere clam cæsari uideatur ;ueniā ligario suppli/canti danda esse cū eius accusatori in simili crie data sit. Deinde si cōmodum &c.quoniam si apparatum ad audiendū uideremus auditorem:siue a narratione inciperemus; siue a firmissima argumentatione redire ad exordium necesse non esset:sed si minus adhuc dispositus uideretur:sensim ad exordii proprietates rede-undum esset:hac enim causa exordimur:ut ad audiendum disponamus. Si causa nostra:tunc cū difficultatem habet & displicet auditoribus: qm̄ per eum qui ante dixit:persuasi sunt. Si narratio :cum narratio probabilis non est:nec principio pp causæ difficultatē uti licet:ab aliqua argumentatione incipiendum pcipit:quod ipse fecit in oratione pro Qu.ligario:ut dictum est. His translationibus. Concludit :translationes autē dicit ut a suo loco ad alium partes orationis transferantur & ubi exordium esse debet:illic narratio fit:aut cōfutatio uel confirmatio. In confirmatione:docet nūc quo ordine argumentationes collocandæ sint:in cōfirmatione & confutatione:argumentorum;ut supra dictū est:alia uerisimilia:alia probabilia:alia necessaria .Quæ firmissi/ma sunt;& uix refelli uidentur posse:ea in principio & in fine collocari pcipit :infirma uero in medio poni uult qui ordo ex homerica aciei dispositione sumptus est:quam nestor his uersibus sic instruxisse uisus est: ιππηασ μὲν πρωτα σὺν ἵπποισιν και ὀχεσφιν πεζοὺσ δ᾽ ἐξόπιθεν στῆσεν πολεασ τε καὶ ἐσθλοὺσ ερκοσ ἔμεν πολεμοιο:κακοὺσ δ᾽ ἐσ μέσσον ἔλασσεν ὄφρα καὶ οὐκ ἐθελωντυσ ἀναγκαίη πολεμιζοι.Celsus ita sensit:ut ī principio quidem firma ponerentur argumenta:sed in fine firmissima in medio imbecilliora. Nā initio monēdus ē iudex:summo ipellendus ut ait Quinti. Firmissimas argu.quod apud ouidiū aiax fecit cū ulysse.n.de achillis armis contendens:quæ tali dari debere oraculum responderat:qualis fuerat qui gessit.Firmissima in prin/cipio collocauit argumenta dicens & nobilitate & sanguine præferendum Vlyxi esse ; quoniam frater esset: in fine uero arma uiri fortis medios mittantur in agros:inde iubere peti referentem ornate relatis: in medio multa posuit minus ualida argumenta ; idem & Vlysses respondens egit. Nam firmissima illa aiacis argu-menta firmissimis; tum in principio ; tum in fine dissoluit argumentis cum ait : sed enim quia rettulit aiax

tempus accommodatur: ut si a narratione dicere incipiēus: aut ab aliq̄ firmissima argumētatione: aut aliquarum rerū recitatione: aut si secuudum principium confirmatione utamur: deinde narratione: aut si quam huiusmodi p/mutationem ordinis faciamus: Quorum nihil nisi causa postulet fieri oportebit: Nam si uehementer aures auditorum obtusæ uidebū/tur: atq3 animi defatigati ab aduersariis multitudine uerborum. Commode poterimus prīcipio supersedere: & exordiri causam aut a narratione aut aliqua firmissima argumentatiōe. Deinde si commodum erit: quia non semper necesse est principii sententiam reuerti licebit: si causa nostra magnam difficultatem uidebi/tur habere: ut nemo æquo animo possit audi/re principium: a narratione incœperimus ad principii sententiam reuertemur. Si narratio parum probabilis ē: exordiemur ab aliqua firma argumentatione: his commutationibus: & translationibus sępe uti necesse est. Quū ipsa res artificiosā dispositioné artificiose cōmu/tare cogit. In confirmatione & confutatiōe argumentationū dispositiones huiusmōi haberi conuenit firmissimas argumētatiōes ī primis

obtūdo

esse iouis pronepos nostri quoq; sanguinis auctor iuppiter est: totidemq; gradus discamus ab illo ostendit ãt nobiliorem se esse ꝙ mater a Mercurio sit. In fine sic inquit: tibi dextra bello utilis: ingenium est qđ eget moderamine nostro: tu pugnare potes: pugnandi tempora mecum. Eligit Atrides: tu tantum corpore prodes. Nos animo quantoq; ratem qui temperat ante it. Remigis officium quanto dux milite maior tantum ego te supero: nec non ĩ corpore nostro pectora sunt potiora manu: uigor omnis in illis. Mediocres: uidelicet quæ uerisimiles sint uel probabiles. Neq; inutiles ad dicẽdum: quia quæ singula aliquid per se efficere non possũt: cõgregata possunt. Nam statim renarrata &c. Ratio est cur in principio firmissime argumentationes ponendæ sint. Causa confirmari &c. quæ aut difficilis per se uidebatur esse: uel quam eius qui ante dixit difficilem accusatio reddidit: & si pro reo dicius grauissimum quidq; primo monendum est: ne illud spectans iudex: reliquorum defensioni sit auersior. Et quoniam nuperrime &c. Nunc quare in fine firmissima argumenta collocari debeant ostendit: quia quod recenter dictum est auditor tenacius meminit quã quod in principio uel in medio dictum fuerit.

Hæc dispositio &c. non aliter inquit oratio sic istructa argumentationibus uictoriam oratori in foro cõparat: q̄ imperatori bene ordinatus exercitus.

PRonunciatiõem &c. Duas absoluit integrales rhetoricæ partes: inuẽtionem: & dispositiõem tertiam aggreditur: quæ pronunciatio ẽ: de qua prius q̄ præcepta det præfatur: plurimum ex toto artificio ualere ostẽdẽs.

Nam sicut inquit: quod unum de quinque partibus rhetoricæ integralibus plus cæteris partibus ualeat dicere: non ausim: ita nec in sola pronunciatiõe maximam utilitatem esse affirmauerim: sed sicut sola prõnciatio sine cæteris partibus nihil prodest: ita sine pronunciatione cæteræ partes minus ualẽt. Attentum facit lectorem: cum sine pronunciatione artem esse non posse ostendit: quæ miram quandã uim ac potestatem in orationibus habet: ut ait Quintilianus: Nec.n. tam refert qualia sint: quæ intra nosmet ipsos composuimus: quam quomodo efferantur. Nã ita quisq;: ut audit mouetur asseueratione dicentis: & affectus omnes languescunt: nisi uoce uultu: & totius prope corporis habitu inardescunt: & uel mediocris oratio uiribus actiõis cõmendata: plus habet momenti: q̄ optima quæ eadem illa destituta sit demosthenes quid esset in toto opere dicendi primum interrogatus: pronunciationi palmam dedit: eidemq; secundum ac tertium locum: donec ab eo quæri desitum est: ut eam uideri possit non præcipuam: sed solam iudicasse: ipse dilignetissime pronunciationis apđ Andronicum hyppocritam studuit. Et admirãtibus eius orationem rhodis: exul Aeschines qui recitabat: q̄uis hostis merito dixisse fertur: quid si ipsam bestiã audiuissetis? Valerius Maximus capite de prõnciatione in demosthene inquit magna pars demosthenis abest: ꝙ legitur: adolescẽs hæc præcepta scripsit. M. Cicero: idem.n. postea unam in dicendo actionem dominari putauit: quantum autem ualeat etiam hortensii argumento colligit Quintilianus: nam ille quoad uixit. Secundus habitus est: scripta eius ad posteros ñ peruenerunt: ut appareat: tantum cũ diceret: placuisse. Multi maxime utilẽ &c. ut demosthenes. Quod unũ quoniam omnes partes prosunt: & si una abest: orator esse non potest. Nec egregiæ: precipue excellenter.

Sola: sine reliquis partibus: ut ea sola plus q̄ cæteræ ualeat. Multum tamen pronunciationi tribuit Cicero: cum solam reliquis quattuor conferat partibus: & si dicit maximam utilitatem in pronunciatione sola esse se non confirmaturum: concinnæ cõgruæ, consonantes. Quare cum pronunciatio nihil sine cæteris partibus ualeat; nec ille prodesse sine pronunciatione quicq̄ possint: tota inquit res diligentius considerãda est: de qua nullus accurate

& in posteris causæ partibus collocare: mediocres & neq; inutiles ad dicendum neq; necessarias ad probãdum: quæ si separatim ac singulæ dicantur infirmæ sint: cum cæteris coniunctæ fiunt firmæ & probabiles interponi & in medio collocari oportet: nam re narrata stati expectat animus auditoris ex qua re causa cõfirmari possit: qua propter continuo firmam aliquam oportet inferre argumentatiõem: & quoniam nuperrime dictum facile memoriæ mandatur utile est cum dicere desinamus recẽtem aliquam relinquere in animis auditorum bene firmã argumẽtationẽ. Hæc dispositio locorũ tanq̄ istructio militũ facillime ĩ dicẽdo: sicut illa ĩ pugnãdo parere poterit uictoriã.

De pronunciatione.

PRonunciationem multi maxime utilem oratori dixerunt esse & ad persuadendum plurimũ ualere: nos quidem unam de quinq; rebus plurimum posse nõ facile dixerimus: nec egregie magnam esse utilitatem in pronunciatione sola audacter confirmauerimus: nam cõmodæ inuentiones & cõcinnæ uerborum elocutiones: & partium artificiosæ dispositiones: & horum omnium diligens memoria: sine pronunciatione: non plus q̄ sine his rebus pronunciatio sola ualere potuit. Quare: quia nemo de ea re diligenter scripsit: namq; omnes uix putarunt posse de uoce: gestu: dilucide scribi: cum hæres ad sensus nostros pertinerẽt: & quia magnopore nobis

lus accurate scripsit:qm̄ multi non posse a pte scribi de uoce:uultu & gestu existimauerunt: ratio autem est: qm̄ rerum oium q̄dam ad intelligētiam:q̄dam ad sensum referuntur:ille ad intelligentiam spectant: q̄ doceri uerbis possunt:ut grāmatica:rhetorica:illæ uero ad sensū:quas uerbis docere satis nō est:nisi alicui ex qnque sensibus subiiciantur:ut citharizare:canere:quarū rerum disciplina sensu certe:& actu continetur:hmōi est pronūciatio:quæ tū ad iustū respicit:ut uarius corporis motus:tū ad auditum:ut uox remissa mediocris:intensa:cū igitur magis sensu q̄ intelligentia pcipiatur pronūciatio nō ab re uix posse de ea dilucide scribi arbitrati sūt.

Ad dicendum pars ipsa comparanda est: nō negligenter uidetur tota res cconsideranda. Diuiditur igitur pronunciatio in uocis figurā & corporis motū figura uocis est quæ suum quē dam possidet hītum ratione: & industria comparatum: ea diuiditur in tres partes: magnitudinem: fortitudinem: mollitudinem: magnitudinem uocis maxime natura cōparat: nō nihil auget: sed maxime conseruat accuratio: firmitudinē uocis maxime natura cōparat non nihil adauget: & maxīe cōseruat exercitatio declamatiōis mollitudinem uocis: hoc est ut eā torquere ꝓ nostro cōmodo possimus maxīe faciet exercitatio declamationis: Quapropter de magnitudine uocis & firmitudinis parte: quoniā altera cura: altera natura comparatur nihil ad nos attinet commonere nisi ut ab his qui non inscii sunt eius artificii ratio curandæ uocis petatur: de ea parte firmitudinis quę conseruatur ratione declamationis: & de mollitudine uocis: quę maxime necessaria est oratori: quomodo ea quoq; moderatione declamationis comparetur dicendum uidetur: firmā igitur quāmaxime poterimus in dicēdo uocē conser

Diuiditur &c. Quītilianus pronunciationē a plerisq; actionē uocari dicit: sed prius nomēa uoce: sequens a gestu accipe: Cicero actionē alias quasi sermonem alias eloquentiam quandā corporis uocat: utrumq; tū appellatione indifferenter uti licet. In uocis figuram: & pronunciatio appellatur. Corporis motu: & actio nominatur: pnunciationis āt repetit diffinitionē quæ primo li. est & uox quædā ad auditū: motus corporis ad uisum refert. Figura uocis &c. omnis huius artificii uis ī duabus rebus posita ē uoce & gestu quorū altera aures mouet alter oculos p quos duos sensus omnis ad animum affectus penetrat. de uocis figura prius loquitur quam in tres diuidit partes nihil aūt aliud est: q̄ uocis q̄litas & triplex est remissa mediocris ītensa: quæ qualitates uocis rei de qua loquimur accōmodantur: Alia. n. materia remissā: alia mediocrem: alia intensam uocem postulat: ut infra docebitur. Habitum qualitatē: q̄ ab eo remoueri facile nō pōt. Comparatum: acquisitū. Ratione & industria ratio ad p̄cepta refert: industria ad exercitationē oia p̄cepta in ratione posita sunt: industria diligentia hominis: ac exercitatōe comphendit: & tñ q̄dem p̄ceptorū sine exercitatiōe parū ualet: illud ante oia intelligi debet ei hæc p̄cepta tradi: cui non frustra p̄cipit: sunt. n. quidam ita inepti natura & tantis p̄muntur oris atq; corporis incōmodis: ut nihil omnino hæc p̄cepta pfutura illis sint. demosthenes tñ q primam rhetoricæ litteram pronunciare non poterat id exercitatione cōsecutus est ut ēt optime pnunciauerit: lōq; de eo ingt Valerius max. Aliū natura fecit: aliū exercitatio reddidit: naturalis igit uos instrui & pfici hac arte poterit: nihil. n. pfectum esse ingt Quītilianus: nisi ubi natura cura iuuat. Magnitudinē uocis &c. natura uocis: ut Quītilianus ait: quātitate & q̄litate spectat: quātitas simplicior est: aut. n. grandis ē: aut exigua: aut mediocris q̄litas magis uaria est: candida: fusca: plena: exilis: leuis: aspera: cōtracta: fusa: dura: flexibilis: clara: obtusa. Cōparat natura. Siqs. n. exilē nimiū natura uocē habuerit n̄ facile uirilē: & plenā cōparare poterit. Non nihil &c. uocis magnitudinē dicit nō nihil augeri cura: sed eadē cōseruari: curā āt eā intelligit: q̄ a medico adhibetur: ut ambulatio: unctio ueneris abstinentia facilis ciborum digestio quā frugalitas præstat: p̄terea fauces ītegræ: id est molles: ac lenes quarum uitio & frangitur: & obscuratur: & exasperatur: & scinditur uox. Firmitudinē uocis &c. Vt magnitudo sic & firmitudo uocis a natura est: quā ad auget exercitatio: & eadē cōseruat silentio. n. subsidit uox: cōsuetudie firmatur: q̄ difficultas ois leuatur: q; nisi in assidua fuerit exercitatiōe quādo aliqn̄ dicēdū erit: insolitū laborē recusabit. Genus āt exercitatiōis optimū dicit Quītilianus: qđ operi simillimū sit & dicendū quottidie sicut agimus. Ci. declamare p̄cipit qđ ē exerceri in fictis thematibus q̄ proposita idē appellat. Mollitudinē &c. Et hanc maxīe ait declamatiōis haberi exercitatiōe. Torquere flectere ab intensa ad remissum: & retro a graui ad acutā ab inflata: ad lenem. Quapropter: quādoqdē ingt magnitudo uocis materia cōparatur & medicorū cura cōseruatur. Firmitudo tū natura: tū cura ēt ipsa cōparatur de ipsa magnitudine: & ea pte firmitudinis: q̄ natura cōparatur: qm̄ natura in nr̄a ptāte nō est: nihil attinet dicere: de parte firmitudinis quæ exercitatiōe declamatiōis seruatur: & de mollitudine: q̄ necessaria est oratori dicendum uidetur. Cura medicorum: qui præcipiūt qbus uti rebus: & a quibus abstinere debeamus. Nihil ad nos attinet: sed ad medicos tm̄. Res. n. cōis ē. in prōptu: & ueluti ī cōi posita: & tā tibi: q̄ mihi nota potes. n. medicos adire: q tibi qua rōne conseruare magnitudinē & firmitudinē uocis possis: ostendent. Quæ maxie est necessaria: qm̄ pro q̄litate materiæ uarianda pronunciatio est: ut modo leui: mō irata: modo acuta: modo graui utamur. Moderatione declamatiōis. Efficit. n. declamatio: ut modum adhibeamus uoci: ut eam p qualitate ut dictum est: materiæ molliamus ac flectamus. Firmam uocē &c. a pte īcipit firmitudinis quæ cura cō

Ratio Industria

